obſiſtente fugerunt Pompeius vero ceſaris quoq; teſtimonio victor · perſequentem reuocauit exercitum · q̃tuor milia militum ceſaris · centuriones xx·et duo· equites romani complures in eo prelio ceſi ſunt, Ceſar inde citato agmine per epirum in theſſaliam p=rexit · pompeius cum maximis copijs ſecutus · bellumq; commiſſū eſt. Itaq; inſtruitur vtrimq; acies · pompeius·lxxx·et viij·cohortes triplici ordine locauit ·fuerunt autem peditum xl·milia equites in ſiniſtro cornu·dc·in dextro·d·preterea reges multi·ſenatores · equi=teſq; romani plurimi · abſq; leuium armaturarum magna copia Ceſar ſimiliter lxxx · cohortes triplici ordine diſpoſuit · cui fuerunt non minus q̃m xxx · milia peditum · equites vnum mille. Videre ibi et gemere erat · contractas romanorum vires in campis theſſa=licis ad occiſionem mutuam conſtitiſſe · quas ſi concordia rexiſſet · nulli populi · nulli reges ferre potuiſſent. Prima congreſſione equitatus pompei pulſus·ſiniſtra latera nudauit. Deinde cum diu vtrimq; dubia ſorte cederentur atq; ex alia parte pompeius inter=hortandum diceret · parce ciuibus·nec tamen faceret · ex alia vero parte ceſar hoc faceret · qđ vrgeret dicens ·miles faciat ferire · tandē vniuerſus pompei fugit exercitus · caſtraq; direpta ſunt. Ceſa ſunt in eo prelio pompeianorum xv·milia centuriones xxxiij·Hic exitꝰ pugne ad paleopharſalum fuit.) Ca·xxviij·

POmpeius fugiens in oſtio penei amnis onerariam nauim nactus in aſyam tranſijt · inde per cyprum inegiptum veīt ibiq; mox ut litus attigit · iuſſu ptolomei adoleſcentis in gratiam ceſaris victoris occiſus eſt. Pompei vxor filijq; fugerunt, Cetera pompeiane claſſis direpta eſt · omnibus qui in ea erant crudeliſſi=me trucidatis · ibiq; et pompei bithinicus occiſus eſt. Lentulus vero conſularis apud peluſium interfectus eſt Ceſar compoſitis apud theſſaliam rebus · alexandriam venit·perlatoq; ad ſe ac viſo pompei capite anuloq; fleuit. Cumq; ſe in regiam recepiſſet·elude=batur a tutoribus quo minus pecuniam acciperet · templa ſua aſtu ſpoliantibus·ut & regios theſauros vacuos eſſe oſtendent·et in in=uidiam ceſaris pp̃lm cōcitarent, Ca·xxix·

DEterea achillas dux regius imbutus ſemel pompei ſangne ceſaris quoq; necem meditabatur, Nam iuſſus exercitum

dimittere cui preerat xx·milia armatorum·non modo spreuit imperium · verum et aciem direxit . In ipo prelio regia classis forte subducta · iubetur incendi, Ea flamma cum partem quoq; vrbis inuasisset cccc·milia proximis forte edibus conuita exussit·singulare profecto monimentum studij cureq; maiorum · qui tot tantaq; illustrium ingeniorum opera congesserant. Vnde quãlibet hodieq; in templis extent que et nos videmus armaria librorum · quibus direptis exinanita ea a nostris hominibus nostris temporibus memorent · qõ quidem verum est · tamen honestius creditur alios libros fuisse quesitos · qui pristinas studiorum curas emularentur · quã aliam vllam tũc fuisse bibliothecã·que extra cccc·milia librorũ fuisse · ac per hoc euasisse credatur.

Ca·xxx·

Cesar postea insulam vbi farus erat cepit, Eo achillas cum gabinianis militibus postea venit, Ingens pugna cõmissa est. Magna ibi cesarianorum militum multitudo cecidit · omnes etiam interfectores pompei interfecti sunt. Cesar vi insistentiũ hostium pressus · scafam ascendit, Qua mox pondere subsequentiũ grauata ac mersa p cc·passus ad nauem vna manu eleuata qua cartas tenebat · natando peruenit. Mox nauali certamine pulsatq; magna facilitate classem regiam aut depressit aut cepit, Alexandrinis regem petentibus reddidit monitum · ut magis amicicia m romanam qm̃ arma experiri studeret, Qui tamen ilico ut liber fuit· bellum intulit, Sed continuo cum toto exercitu suo et ipe deletus ẽ· Nam xx·milia hominum in eo bello cesa referuntur·xij·milia cum lxx·longis nauibus dedita·d·ex victoribus cecidisse dicuntur. Rex ipe adolescens scafa exceptus ut fugeret · multis insilientibus mersus · necatusq; est, Corpus eius ad litus deuolutum · indicio lorice auree cognitum fuit. Qua cesar alexandriam premissa·alexandrinos omnes ad deditionem desperacõne compulit · regnumq; egipti cleopatre dedit.

Inde siriã peruagatus·pharnacẽ in ponto vicit

Capitulum xxxi·

Postea vero qm̃ Romam venit dictator et consul creatus·in affricam transijt · et apud thapsum vel carsum cum iuba et scipione pugnauit · maximamq; ibi hominum multitudinem interfecit castra vtriusq; direpta sunt·lx·elephanti capti Cato sese apud vticã

occidit, Juba percussori iugulū precio dato prebuit. Petreius eodē se gladio perfodit. Scipio in naui qua ad hispaniā fugerat contendens · vento coactus in affricam redierat · semetipm iugulauit; In eadem naui etiā titus torquatus occisus est, Cesar pompei magni nepotes filiamq; pompei simulq; cum his faustum sullam · et afranum et petreium filium iussit occidi. Inde q̄tuor triumphis urbem ingressus · disposito ac recuperato reipublice statu · continuo in hispaniam contra pompeios pompei filios profectus xvij · qua egressus ab urbe fuerat die saguntum peruenit statimq; aduersus pompeios duos · et labienum atq; attium varum · multa bella & varia sorte gessit, Vltimum bellum apud mundam flumen gestū est. Vbi tantis viribus dimicatum · tantaq; cedes acta · ut cesar ꝑ veteranis etiam suis cedere non erubescentibus cum cedi cogiq; aciē suam cerneret · preuenire morte futurum victi dedecus cogitarit vl̄ cogitaret · cum subito versus in fugam pompeianorum cessit exercitus. Et quidem eo die hoc bellum actum est · quo pompeius pat̄ ab urbe bellum gesturus aufugerat · quatuorq; annis hoc bellum ciuile indesinent toto orbe tenuit · als totam urbem tenuit, Titus labienus et attius varus · in acie cesi sunt, Gneus pompeius cum cē-lesimo equitatu aufugit. Frater eius sextus pompeius cōtracta celeriter lusitanorum manu non parua · cum cesare congressus et victus · fugiensq; interfectus est Munda ciuitas cum immensa hoīm cede cesare oppugnante vix capta est, Ca · xxxij ·

Cesar romam rediit ibi dum reipublice statum contra maiorum exempla clementer instaurat · autoribus bruto et cassio conscio etiam plurimo senatu in curia · xx · et tribus vulneribus cōfossus interiit, In qua coniuratione fuisse amplius lx · conscios ferunt, Duo bruti et gaius cassius · aliiq; socij strictis pugionibus in capitolium recesserunt. Diu deliberatum est · vtrum capitolium cum autoribus cedis oporteret incendi. Corpus eius raptum ꝑ plʾs dolore stimulatus in foro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremauit Percensuit latitudinem regni sui Roma dadibus suis atq; in suam conuersa cedem · singulas quasq; gentes ibidem vbi domuit vindicauit. Aspe europe · atq; affrice non dico tribus mōi partibus · sed totis trium partium angulis edidit gladiatores suos

feriatisq; inimicis exspectaculum vel spectaculum misere vlcionis ingessit · nec tamen sufficit ipas quoq; cum autoribus causas fuisse consumptas · recidiua semina in eodem agro seminant · magna continuo metentibus malorum incrementa cum magno suoore fratura, Victor ciuilis belli a ciuibus cesar occiditur · in eedem vnius trahuntur agmina consciorum, Certum enim erat quia cesar indigne peremptus · plures habere posset vltores · plurimaq; nobilitas vna simul catena sceleris copulatur · ne forte tanta malorum materia non belli magnitudine suppleatur · sed vindicte breuitate tenuetur Mediam illam fabule ferunt dentes quosdam occisi seuisse serpentis · e quibus quasi competens semini seges armati homines terra emerserint · seseq; mox inuicem pugnando prostrauerint, Eq̃dem hoc poetarum cõmenta finxerunt, Nostra autem Roma cesare occiso · quanta de cineribus eius agmina armata parturijt · q̃nta bella in testimonium misere fecunditatis non legẽda pueris sed expetenda populis excitauit · et tamen horum omnium malorum initium superbia est · inde exarserunt bella ciuilia · inde iterum pullularunt, Non ergo iniusta ceoes eorum qui eam iniuste consectant̃ si ambitionis emulatio per ipos atq; in ipis agitur et punitur · donec qui detractauere collegium discant ferre dñatum · summaq; imperij tocius ad vnum redacta · longe aliud omnes homines viuẽdi genus subeant · ut omnes humiliter placere studeant · non insolenter offendere, Sed ad tam salubrẽ humilitatis doctrinam magistro opus est, Itaq; oportune compositis rebus augusti cesaris natus est domin9 cristus · qui cum in forma dei esset · formam serui humiliter assumpsit · ut tunc demum aptior fieret et humilitatis institutio · quando iam per totum mundum pena superbie omnibus esset exemplo, Capitulũ xxxiij ·

HAno ab vrbe condita · dcc · x · interfecto iulio cesare octauian9 qui testamẽto iulij cesaris auunculi et hereditatem et nomẽ assumpserat · idemq; qui rerum postea potitus augustus est dictus simul ut Romam adolescens admodum venit · indolem suam bellis ciuilib9 douit, Nam ut breuiter coaceruationem malorum explicem · bella ciuilia · v · gessit · mutinense · philipense · perusinum siculum · actiacum, Et quibus duo hoc est primum ac nouissimũ ·

aduersus martium als marcum antonium. Secundum aduersus brucum et cassium. Tercium aduersus lucium antonium. Quartum aduersus sextum pompeiū · gnei pompei filiū confecit. Antonius a senatu hostis pronunciatus · decium brutum apud mutinam obsidione conduserat. Consules hirtius et pansa · et cum his cesar ad liberandum brutum expugnandumqꝫ antonium missi sunt. Pansa primo veniens exceptus insidijs inter suorum clades ipe quoqꝫ philo grauiter vulneratus · ab eodem vulnere interpositis diebus est mortuus. Hirtius auxilium college ferēs magni antonij copias vasta strage deleuit Cesar eatenꝰ castra custodit. Secunda aduersus antonium pugna · magne vtrimqꝫ strages acte sūt Namqꝫ tunc ibi tunc hirtius consul occisus est · victus fugit antonius, Cesar victoria tunc potitus est Cui decius brutus de coniuracione occisi iulij cesaris confessus · preces penitentie fudit, Dolobella tribunum vnum ex interfectoribus cesaris zmirne interfecit.

Dolobella senatus hostem pronunciauit, Consulum occisorum vterqꝫ exercitꝰ cesari potuit. Postea decius brutus in gallia a sequanis captus ꝛ occisus est. Vasillus autem eque vnus de percussoribus · manu seruorum suorum necatus est.) Ca·xxxiiij·

Epido satis agente · cesar antonium recepit in gratiam · atꝫ ob fidem reconciliate gratie filiam eius in matrimonio sortitus est. Inde cum ad vrbem accessissent · ac rumor de futura proscriptione ortus esset · gaius thorānius vir pretorius nichil tale metuens · incursu militum domi sue interfectus est · alijqꝫ complures trucidati sunt Itaqꝫ ne latius atqꝫ effrenatius incircumscripta cedes ageretur · c·xxx·et duum senatorū noīa in tabula ꝓposita sunt · primum lepidi precepto et nomine · deinde antonij · tercio cesaris · Ibi antonius tulium ciceronem inimicum suum · et qꝺ exaggerādo sceleri accessit · viua matre proscripserat, Ibi lepidꝰ lutium paulum fratrē suū · in eundē proscriptorum gregem coniecerat. Adiecti sunt postea ad numerum proscriptorum xxx · equites romaī. Multe diu et varie cedes acte. Domus proscriptorū direptis omnibꝫ dirute sunt, At dolobella in syria multa cū cassio bella gessit · a qꝰ victus ipz sese interfecit Brutus et cassius magnis exercitibus compatis apud athenas deuenerunt · totāqꝫ greciā depopulati sunt Rhodios

cassius terra marigꝫ oppugnatos ad deditionem coegit· quibus p̃ter vitam nichil reliquit, Capitl'm xxxo·

Gitur cesar et antonius eosdem in macedoniam magnis bellorum apparatibus pſecuti ad mort̃e compulerunt· q̃muis manifestissime illa tunc pugna non virtute partis antonij· ꝫ cesaris felicitate confecta sit, Cesar enim tunc eger cũ se in castris capiendo quietis causa pacem tenere statuisset· hortatu et precibꝰ medici sui qui per somnium admonitum sese fatebat̃· ut ea die castris cesarem salutis ipius causa educeret· in campum eger inter copias egressus · ac mox castra eius ab hostibus capta sunt. Sꝫ rursus cesariam milites casu castra ceperunt. Quare ad desperationem adacti brutus et cassi9 in maturam sibi mortem añ belli terminum coegerunt Nam inuitatis percussoribus · cassius caput · brutus latus prebuit, At rome fuluia vxor antonij · socrus cesaris · dominatũ ut mulier agitabat. Incertum in hac mutatione consularis regijꝫ fastigij · vtrũ deficientis potentie vltima · an incipientis prima nominanda est· certe etiam in eos insolens· per quos ut insolesceret agebat̃. Nam a cesarem reuersum · apud brundisium contumelijs· factionibꝰ· insidijsꝫ pecijt. A quo propulsata · ad antonium concessit in greciã.

Sextus pompeius post q̃m se in scriptorum numerũ relatum cõperit · conuersus in latrocinia· omnẽ oram ptalie cedibus· rapinisꝫ vastauit· sicilia p̃repta· cõmeatibusꝫ impeditis· Romam fame affecit, Mox cum eo pacẽ trium virí· ut non dicam tiranni id est lepidus cesar antoniusꝫ fecerunt. Sed continuo cum contra pactum pompeius fugitiuos allegerat al's alligeret · ut hostis habitus est . Menas libertus pompei· cũ lx· nauium classe ad cesarẽ defecit· eidẽꝫ classi ip̃e iussu cesaris prefuit· idemꝫ cõtinuo cũ statilio tauro aduersus menecratum pompeianum ducem nauale bellum gessit. Deiñ ip̃e cesar aduersus eosdem pompeianos cruentissimũ belluꝫ nauale confecit · sed continuo victricẽ classem pene vniuersam apud syllaceum naufragiũ amisit Ventidius persas et parthos in siriã irrumpẽtes· tribus bellis maximis fudit· regemꝫ parthorum in acie interfecit · ea sꝫ die · qua crassus a parthis fuerat occisus. Antonius vix vno castello expugnato · pacem cum antiocho fecit · ut ip̃e tantã rem consumasse videretur Ventidiũ syrie prefecit· iussitꝫ

vt antigono bellum inferret·q̄ iudeos tunc forte debellauerat · captisq; hierosolimis templum spoliauerat·regnumq; herodi dederat· quē continuo victum in deditionem recepit. Mena libertus cum vi·nauibus ad pompeium rediit, A quo clementer receptus · cesaris classem incendit·q̄muis nuper cesar alteram secundo naufragio pertidisset. Ioemq; mena libertus postea ab agrippa nauali prelio circumuentus·cum sex triremibus ad cesarem transijt. Sed hunc cesar tercio transfugam·indulta tantum vita·segnem reliquit Deinde agrippa inter milas et liparas aduersus democham et pōpeiū nauale prelium gessit ac vicit · ibiq; tunc naues xxx·aut dimersit aut cepit·reliquis laceratis pompeius messanam confugit, Cesar interea tauro meniam traiecerat·quē repentino impetu pompeius afflixit, Vnde multis dimersis nauibus suis·ac magna multitudine suorum militum perdita in italiam cesar aufugit, Nec inueniente dilacionis moza in siciliam rediit · ibiq; lepidum ex affrica aduentantem obuium habuit·summas sibi partes terrore · minis·ac superbia vendicantem, Post dies paucos agrippa iussu cesaris a litore cum acie instructa prospectantis·atrocissimo nouali prelio aduersus pompeium conflixit et vicit, Nam c·lx·et iij·naues aut dimersit aut cepit. Pompeius cum x·et vij·vix lapsus euasit Lepidus magna xx·legionum insolentia tumens·cum messanam militibus permissam diripuisset·ipsum cesarem ad se venientem semel atq; iterum spreuit·ac potius telis appeti iussit. Que ille collecta in leuum brachium lacna repellendo vitauit. Mox immisso equo ad suos reuersus·instructo exercitu·aduersus lepidum veniens · plurimas legiones lepidi paucis interfectis·transire in suam partem compulit, Lepidus tandem intelligens · quo vanitas sua tenderet·deposito paludamento·assumptaq; veste pulla·supplex cesari factus·vitam et bona impetrauit·perpetuo quidem mandatus exilio, Taurus cesaris prefectus·totam pene siciliam ferro pertētatam conterritamq; in fidem recepit. Ca·xxxvi·

QVadraginta et quatuor legiones sub vnius tunc imperio cesaris erant Milites multitudine feroces quosdā pro accipiendis agris tumultus excitauerūt, Sed cesar aīo ingēs xx·milia militum ex auctorauit xxx·milia seruorum dominis restituit vi·milia

quorum domini non extabant · in crucem egit. Quans vrbem ingressus · ut in perpetuum tribunicie potestatis esset · a senatu decretum est

Capitulū xxxvij

His diebus trans tiberim de taberna meritoria · fontem olei terra exundauit · ac per totum diem largissimo riuo fluxit,

Antonius vero postq̃m araxim transmisit · omnib⁹ undiq; malis circumuentus · vix tandem antiochiam cum paucis rediit. Nã cum multitudine equitum & sagittarum ab omnibus prelijs que plura temtauit · victus semper effugeret a⁹ effugerit · tum preterea incertis et ignotis regionis locis impeditus · grauissima fame ad nefandos cibos coactus est Plurimi militum sese hostibus dediderũt

Inde in greciam transyt · iussitq; pompeium qui victus a cesare exercitum bellumq; reparabat · cum paucis ad se venire. Pompeius fugiens a titio et furnio antonianis ducibus sepe terrestri nauali q; prelio victus et captus · ac post paulolum interfectus est.

Cesar illiricum · pannoniam · partemq; italie bellis subegit · domuit.

Capitulum xxxviij·

Antonius artabanem armenie regem proditione et dolo cepit quem argentea catena vinctum · ad confessionem thesaurorum regiorum coegit · expugnatoq; oppido in quo conditos esse providerat · magnam vim auri argentiq; abstulit, Qua elatus pecunia denunciari bellum cesari atq; octauie sorori cesaris · vxori sue · repudium indici iussit · et cleopatram sibi ex alexandria occurrere imperauit. Ipse vero actium vbi classem constituerat profectus · cum prope terciam partem remigum fame ablatam offendisset · nichil motus · remi inquit modo salui sunt. Nam remiges non deerunt · quo ad vsq; grecia homines habuerit. Cesar cc·xxx·rostratis nauibus a brundisio in epirum profectus est. Agrippa ⁹ premissus a cesare · multas onerarias naues frumento atq; armis granes ab egipto · syria asyaq; ad subsidium antonio venientes cepit · peragratoq; peleponensium sinu · motho nam vrbem validissimo antoniano presidio munitam expugnauit, Inde corciram cepit fugientes nauali prelio persecutus profligauit · multisq; rebus cruentissime gestis ad cesarem venit. Antonius defectu & fame militum suorum permotus · bellum maturare instituit · ac repẽte

instructis copijs ad cesaris castra processit · et victus est, Tercio p̄
pugnam die · antonius castra ad actium transtulit · nauali prelio
dimicare paratus · cc·xxx·rostrate fuere cesaris naues et xxx·sine
rostris · triremes velocitate liburnicis pares · et viij·legiones clas=
si superposite · absq; cohortibus quinq; preconijs. Classis antonij
c·lxxx·nauium fuit · quantum numero cedens · tantum magnitu=
dine precellens. Nam decem pedum altitudine a mari aberant,
Famosum et magnum hoc bellum apud actium fuit Ab hora qui=
ta vsq; ad septimam incerta vincendi spe grauissime vtrimq; cedes
acte Reliquum diei cum subsequente nocte in victoriam cesaris de=
dinauit, Prior regina cleopatra cum· lx · velocissimis nauibus
fugit. Antonius quoq; detracto insigni pretorie nauis· fugientem
secutus est vxorem, Illucescente iam die victoriam cesar consu=
mauit. Ex victis xij·milia cecidisse referuntur · vi·milia vulnera=
ta sunt · e quibus·i·mille intercurandum defecerunt, Antoniu⁹
et cleopatra cōmunes liberos cum parte regie gaze ad rubrum ma=
re premittendos censuerunt. Ipsi presidijs circa duo cornua pelusi=
um parethoniumq; dispositis · classem et copias instaurando bello
parauerunt. Cesar sexto imperator appellatus ·et quarto ipse cū
marco licinio crasso consul brundisium venit · ibi orbis terrarum
presidia diuisis legionibus composuit. Inde in syriam profectus ·
mox pelusium adijt · vbi antonianis presidijs vltro susceptus est,
Interea cornelius gallus premissus a cesare · quatuor legiones
quas antonius apud cirenas al's cirenos presidij loco constituerat
suscepit in fidem · atq; inde in parethoniam al's in parathonium
primam egipti libie parte ciuitatem · victam cepit · antoniumq;
ip̄m continuo apud tharum al's farum vicit, Antonius equestre
aduersum cesarem bellum inijt·in eo quoq; miserabiliter victus au=
fugit, Kalendis sextilibus prima luce antonius cum ad instruē=
dam classem in portum descenderet · subito vniuerse naues ad cesa=
rem transierunt, Cunq; vnico presidio spoliatus esset · trepidus se
cum paucis recepit in regiam. Deinde imminente cesare ·turbata=
q; ciuitate · idem antonius sese ferro transuerberauit·ac semianimi⁹
ad cleopatram in monumentum in quod se illa mori certa condi=
derat · perlatus est, Cleopatra postq̄m se ad triumphum seruari

intellexit· voluntariam mortem petens ·serpentis ut putatur morsu sinistro tacta brachio · exanimis inuenta est · frustra etiam cesare etiam psyllas admonente · qui venena serpentum e vulneribus hominum haustu reuocare atq; exsugere solent Cesar alexandria vrbe omnium longe opulentissima et maxima victor potitus est· Nam et Roma in tantum opibus eius aucta est· ut propter habūdantiam pecuniarum duplicia qm̄ vsq; ad id fuerant possessionū aliarumq; rerum venalium precia statuerentur, Occisi sunt iussu cesaris maior antonij filius· et publius canidius · infestissimus quidem semper cesari · sed et antonio infidus · et cassius palmensis vltima violati patris cesaris victima · et quintus cuinius · ob eā maxime notam · qđ obscenissimo lanificio textrinoq; regine senator populi romani preesse non erubuerat. Dehinc cesar pedestribus copijs in syriam venit · deinde in aspam ad hiberna concessit · ac post per greciā brundisiū peruectus est Ca·xxxix.

Anno ab vrbe condita·dcc·xxv·ipo imperatore cesare augusto quinquies · et lucio apuleio consulibus · cesar victor ab oriente rediens viij · idus ianuarias · vrbem triplici triumpho ingressus est · ac tunc primum ipe iani portas sopitis finitisq; omnibus bellis ciuilibus clausit. Hoc die primum augustus consalutatus est, Qđ nomen cunctis antea inuiolatum · et vsq; ad nunc ceteris dominis · tantum orbis licite vsurpatum apicem declarat imperij · atq; ex eadem die summa rerum ac potestatum penes vnum esse cepit et mansit · qđ greci monarchiam vocant, Porro autem hunc esse eundem diem hoc est·viij·idus ianuarij quo nos epiphaniā hoc est apparitionem siue manifestationem dominici sacramēti obseruamus · nemo credentium siue etiam fidei contradicentium nescit·de quo nostre istius fidelissime obseruationis sacramēto vberius nunc dicere nec ratio nec locus flagitat·ut et querentibus reseruasse · et negligentibus non ingessisse videamur, Hoc autem fideliter commemorasse ideo par fuit · ut per omnia venturi xp̄i gratia preparatum cesaris imperium comprobetur. Ca·xl·

Iam cum primum gaio cesare auunculo suo interfecto·ex appollonia rediens vrbem ingrederetur · hora circiter tercia repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem celestis arcus orbē

ſolis ambijt · quaſi eum vnum ac potentiſſimum in hoc mundo ſolumq; clariſſimum in orbe monſtraret · cuius tempore venturus eſſet · qui ipſum ſolem ſolus et feciſſet et regeret. Deinde cum ſecundo in ſicilia receptis a pompeio et lepido legionibus xxx·milia ſeruorũ dominis reſtituiſſet · et xl·q̃tuor legiones ſolus imperio ſuo ad tutamen orbis terrarum diſtribuiſſet·ouanſq; vrbem ingreſſus omnia ſuperiora populi romani debita donanda · literarum etiam monumentis abolitis cenſuiſſet · in diebus ip̃is fons olei largiſſimus ſicut ſuperius expreſſi de taberna meritoria per totum diem fluxit, Quo ſigno quid euidentius q̃m in diebus ceſaris toto orbe regnantis futura xp̃i natiuitas declarata eſt. Xp̃us enim lingua gẽtis eius in qua et ex qua natus eſt·vncti interpretatur. Ca·xli

Taq; cum eo tempore · quo ceſari perpetua tribunitia potẽſtas decreta eſt·Rome fons olei per totum diem fluxit · ſub principatu ceſaris romanorumq; imperio per totum diem · hoc eſt per omne romani tempus imperij · criſtũ et ex eo criſtianos · id eſt vnctum atq; ex eo vnctos · de meritoria taberna · hoc eſt de hoſpita largaq; eccleſia · affluenter atq; inceſſabiliter proceſſurus · reſtituendoſq; per ceſarem omnes ſeruos·qui tamen cognoſcerent dominũ ſuũ ceteroſq; qui ſine domino inuenirentur morti ſupplicioq; dedendos · remittẽdaq; ſub ceſare debita peccatorum in ea vrbe ĩ qua ſpontaneum fluxiſſet oleum · euidentiſſima his qui prophetarum voces non audiebant·ſigna in celo · et in terra prodigia prodierunt. Tercio autem cum vrbem triumphãs quinto conſul ingreſſus eſt · eo ſcz die quem ſupra notauimus · cum et ianũ poſt·cc·annos primum ip̃e clauſit · et clariſſimum illud auguſti nomen aſſumſit · quid fideliꝰ ac verius credi aut cognoſci potẽſt· concurrentibus ad tantam manifeſtationem pace·nomine·die· q̃m hunc occulto quidem geſtorũ ordine·ad obſequium preparationis eius predeſtinatum fuiſſe ·q̃ eo die quo ille manifeſtandus mundo poſt paululum erat· et pacis ſignum pretulit · et potẽſtatis nomen aſſumſit, Quid autem in q̃rto reditu cum finito cantabrico bello · pacatiſq; omnibus gentibus ceſar vrbem repecijt · ad conteſtationem fidei quã expromimꝰ actũ ſit · ipſo melius ordine ꝓfitetur. Ca·xlij·

Vno ab vrbe condita·dcc·xxvi·imperatore auguſto ceſare

lexies · & bis marco agrippa consulibus·cesar parum in hispania per cc·annos actum intelligens· sicambros atq; astures duas fortis=simas hispanie gentes sui vtiq; legibus sineret · apperuit iani por=tas · atq; in hispanias ipe cum exercitu profectus est. Cantabres et astures gallicie prouincie portio sunt ·qua extentum pyrenei iugū haut procul secundo oceano sub septentrionem deducitur, Hi non solum propriam libertatem tueri parati · verum etiam finitimorū preripere ausi · vaccеos et turmogos et autrigonas assiduis erupti=onibus populabantur. Igitur cesar apud regisamam castra po=suit · tribus agminibus totam pene amplexus cantabriam · diu fa=tigato frustra · atq; in periculum sepe deducto exercitu · tandem ab aquitanico sinu per oceanum incautis hostibus admoueri classez atq; exponi copias iubet. Tunc demum cantabri sub menibus at=tice maximo congressi bello et victi in vinnium mōtem natura tu=tissimum confugerūt, Vbi obsidionis fame ad extremum pene cō=sumpti sunt, Racilium deinde oppidum · magna vi ac diu re=pugnans postremo captum atq; diruptum est. Preterea vlterio=res galacie partes que montibus siluisq; consite oceano terminan=tur · antistius et firmus legati magnis grauibusq; bellis perdomu=erunt. Nam et medullium montem minio flumī imminentem · in quo se magna multitudo hominum tuebatur · per xv · milia passu=um fossa circumseptum obsidione cinxerunt. Itaq; vbi se gens hominum atrox natura et ferox · neq; tolerande obsidionis sufficiē=tem · neq; suscipiendo bello parem intelligit · ad voluntariam mor=tem seruitutis timore concurrit, Nam se pene omnes certatim igne ferro · ac veneno necauerunt. Astures vero positis castris apud a=sturam flumen · romanos nisi proditi preuentiq; essent magnis cō=silijs viribusq; oppressissent. Tres legatos cum legionibus suis in tria castra diuisos · tribus eque agminibus obruere repente moliti· suorum proditione detecti sunt. Hos postea carisius bello exceptos non parua etiam romanorum clade superauit · pars eorum prelio elapsa · lancham confugit. Cunq; milites circundatam vrbem in=cendio adoriri pararent · dux carisius et a suis cessationem impera=uit incendij · et a barbaris voluntatem deditionis exegit. Studio=se enim nitebatur integram atq; incolomem ciuitatem victorie sue

testem relinquere. Cantabrice victorie hunc honorem cesar detulit. ut tunc quoq; iani portas claustro cohiberi iuberet, Ita tunc secundo per cesarem. quarto post vrbem conditam clausus est ianus.

Post hoc claudius drusus priuignus cesaris. galliam rhetiamq; sortitus. maximas fortissimasq; gentes germanie armis subegit. Nam tunc veluti ad constitutum pacis diem festinarent. ita omnes ad experientiam belli decisionemq; federis vndatim gentes commouebantur. aut suscepture conditiones pacis si vinceretur. aut vsuri quieta libertate si vincerent. Norici. pllirici. pannonij dalmate. moesij. thraces. et daci. sarmate. plurimiq; et maximi germanie populi per diuersos duces vel superati vel oppressi. vel etiã obiectu maximorum fluminum rheni danubijq; recusi sunt.

Drusus in germania primum susipetes. deinde thẽcteros. et chattos perdomuit. marcomannos pene ad internitionem cecidit. postea fortissimas nationes et quibus natura vires. consuetudo experientiam virium omnium dabat. cheruscos. suenos. et sicambros pariter vno bello. sed etiam suis aspero superauit. Quorum ex eo considerari virtus ac feritas potest. qõ mulieres quoq; eorum siqñ preuentu romanorum inter plaustra sua concludebantur. deficientibus telis vel qualibet re qua velut telo vti furor possit. paruos filios collisos humi in hostium ora iaciebant. in singulis filiorum necibus bis parricide. Tunc etiam in affrica musulanos et getulos latius vagantes. cossus dux cesaris artis finibus cohercuit. atq; a romanis limitibus abstinere metu compulit. Ca. xliij.

Interea cesarem apud tarroconem citerioris hispanie vrbem legati indorum et scitharum toto orbe transmisso. tandem ibi inuenerunt vltra qõ iam querere non possent. refuderuntq; in cesarem alexandri magni gloriam, Quẽ sicut hispanorum gallorumq; legatio in medio oriente apud babiloniam contemplacõne pacis adijt ita hũc apud hispaniam in occidentis vltimo supplex cum gentilicio munere. eous. indus. et scytha. boreus orauit, Cantabrico bello per v. annos acto. totaq; hispania in eternam pacem cum quadam respiratione lassitudinis reclinata ac reposita. cesar romam redijt Quibus etiam diebꝰ multa per se. multa per duces et legatos bella gessit, Nam inter ceteros et piso aduersus vẽtilitios missus est. Quibꝰ

subactis victor ad cesarē lugdunū venit. Ca·xliij·

BAnnonias nouo motu intumescentes · tiberius priuignus cesaris cruentissima cede deleuit · idemq; continuo germanos bello arripuit e quibus xl·milia captiuorum victor adduxit, Quod reuera bellum maximum et formidolosissimum quindecim legionibus per trienniū gestū est, Nec fere vllum maius bellū sicut sueto= nius attestat post punicū fuit. Ca·xlv·

SVb eodem vero tempore quintilius varrus cum tribus legi= onibus a germanis rebellantibus mira superbia atq; auari= cia in subiectos agens · funditus deletus est, Quā reipublice cladē cesar augustus adeo grauiter tulit · ut sepe per vim doloris caput parieti collidens·clamaret, Quintili vare redde legiones, Bos= foranos vero agrippa superauit· et signis romanis que illi quondā sub mitridate sustulerunt bello recuperatis victos ad deditonem coe git, Parthi quasi toto terrarum orbe vel domito vel pacato oīm oculis signarentur · atq; in se solos omnis vigor romani imperij vertendus esset ·quippe quos pristina vlciscende crassiane cedis con= scientia mordebat · vltro signa que crasso interfecto abstulerant·ad cesarem remiserunt · regijsq; obsidibus traditis · firmum fed⁹ fideli supplicatione meruerunt. Ca·xlvi·

TAq; anno ab vrbe condita dcc·lij·cesar augustus ab̄ oriente in oc= cidentem · a septentrione in meridiem · ac per totum oceani circu= lum cunctis gentibus vna pace compositis · iani portas tercio ip̄e tunc clausit, Quas ex eo per xij · ferme annos quietissimo semper obseratas ocio · ipsa etiam rubigo consignauit · nec prius vnq̄m̄ nisi sub extrema senectute augusti pulsante athenienſium seditione et dacorū cōmotione patuerūt. Ca·xlvij·

QValis igitur iani portis ·rempublicam quā bello quesierat pace nutrire atq; āplificare studens·leges plurīas statuit·per quas humanum genus libera reuerentia discipline morem gereret, Domini appellacōnem vt homo declinauit, Nam cum eodem exspe= ctante ludos·pronunciatum esset in mimo ·o dominū equum et bo= num · vniuersiq; quasi de ip̄o dictum exultantes approbauissent·et statim quidem manu vultuq; indecoras adulationes repressit · et ī sequēti die grauissimo corripuit edicto·dominūq; se p⁹ hec appellari

ne a liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est,

Igitur eo tempore id est eo anno quo firmissimam verissimamq; pacem ordinatione dei cesar composuit · natus est xp̃us · cuius aduentui pax ista famulata est. In cuius ortu audientibus hominib⁹ exultantes angeli cecinerunt, Gloria in excelsis deo et in terra pax hominus bone voluntatis, Eodem tempore hic ad quem rerum omnium summa concesserat dominum se hominum appellari non passus est · ymo non ausus · in quo verus dominus tocius generis humani inter homines natus est, Eodem quoq; anno tunc primum idem cesar quẽ his tantis misterijs predestinauerat deus · censum agi singularum vbiq; prouintiarum · et censeri omnes homines iussit · quin et deus homo videri et esse dignatus est Tunc igit̃ natus est xp̃s · romanoq; censu statim ascriptus ut natus est Hec est illa prima clarissimaq; professio · que cesarem om̃m principem · romanosq; rerum dn̄os singillatim cũctorum hominum edita ascriptione signauit · in qua se et ip̃e qui cunctos homines fecit inueniri homiez ascribiq; inter homines voluit, Qđ penitus nunq; ab vrbe condita atq; ab exordio generis humani in hunc mundum · ne babilonio quidem vel macedonico · ut non dicam minori cuiq̃m regno concessum fuit, Nec dubium quin omnium cognitioni fidei inspectioniq; pateat · quia dn̄s noster xp̃s ihesus hanc vrbem nutu suo auctam defensam q; in hunc rerum apicem prouexerit · cuius potissime voluit esse cum venit · dicendus vtiq; cuis roman⁹ · census professione romani, Quãobrem quia ad id temporis peruentũ est · quo et dn̄s xp̃us hunc mundũ primum aduentu suo illustrauit regnumq; cesari tranquillissimum dedit · hunc quoq; sextum libellum hoc fine concluserim · ut germinantia tempora cristiana · magisq; inter reprimentium manus crescentia · ac que adhuc in prouectu posita · horum ip̃orum quibus hec respondere cogimur insectatione mordentur · septio libello si tñ adiuuante domino suffecerim cõprehendam · ut quoniã ab initio et peccare homines et puniri propt̃ peccata non tacui · nunc quoq; que persecutiones xp̃ianorum acte sint · et que vltiones secute sint · absq; eo q̃ omnes ad peccandum pni sunt · atq; ideo singillatim corripiunt̃ expediam,

Incipit liber septimus.

Vfficientia ut arbitror documenta collecta sunt quibus absq; vllo archano qđ paucorũ fidelium est probari de medio queat · vnum illũ et verũ deũ quẽ cristiana fides p̃dicat·et condidisse mũdum creaturãq; eius cũ voluit·et disposuisse p mlta cũ p multa ignoraretur·et confirmasse ad vnũ cũ p vnicũ declarare ẽ·simulq; potẽtiã pacientiãq; eius multimodis argumentis eluxisse·in quo quidem angustas deiectasq; mẽtes offendi paulisper intelligo·qđ tante potentie pacientia tanta miscet Si enim potẽs erat inquiũt creare mundũ·cõponere pacẽ mũdi insinuare mundo cultũ ac noticiã sui·quid opꝰ fuit tanta velut ipi senciunt tã pniciosa pacientia·ut in vltio erroribꝫ·cladibꝫ·laboribusq; hominũ fieret·qđ a principio virtute eius quẽ predicas dei·sic pocius cepisse potuisset, Quibꝫ quidẽ veraciter respondere possem·ad hoc ab initio creatum et institutũ humanũ genus·ut sub religione cũ pace sine labore viuens·fructu obedientie eternitatẽ p̃meret·sed abusũ bonitate creatoris·libertate indulgentis in cõtumacẽ vertisse licenciã·atq; ex contemtu in obliuionem deflexisse·iustamq; nũc esse pacientiã dei·et iustã in vtrãq; partẽ·ut nec contemtꝰ disperdat in totum cui misereri velit·et affici laboribus dũ velit sinat contemtꝰ deinde potens·subsequens esse·iuste semper adhibere quãuis ignoranti gubernationem·cui aliqñ pie restituturus sit penitenti antiq̃ gratie facultatem, Sed hec qm̃ etsi verissime fortissimeq; dicuntur·fidelem tm̃·atq; obedientem requirunt Michi autem videro an aliqñ credituris·certe nũc cũ incredulis actio est · promptius ea proferam que ipi et si probare noluerint·improbare non possint. Itaq; q̃ntum ad conscientiã humanaꝫ mentiũ pertinet·vtriq; sub reuerẽcia religionis et confessiõe cultuq; supne potencie viuim9· distante dũtaxat fide · qr nr̃m est fateri·ex vno et per vnum deũ constare omia illoꝫ tã multos deos putare·qm̃ multa elementa sunt, Si potencie dei inquiunt quẽ predicatis fuit·ut romanũ imperiũ tã amplum · ac tam sublime fieret·cur ergo pacientia eiusdem obfuit·ut ante nõ fieret, Quibus sub eodẽ verbo respondebitur, Si potencie deorum

quos predicatis fuit · ut romanum imperium tam amplum ac tã sublime fieret·cur igitur pacientia eorundẽ obfuit · ut ante non fieret, An ip̃i dij nondum erant·an adhuc Roma ip̃a non erat, An illi non colebañ·an hec nec dum idonea imperio videbatur. Si nondũ erant dij·cessat vel cesset intentio·vt quid enim iam ibi eor discutio moram ·vbi ne ip̃am quidẽ inuenio naturam, Si autem erant dij·aut potencia eorum ut ip̃i iudicant·aut pacientia in culpa est·vl̃ pacientia si fuit·vel potentia si defuit·aut si magis suadibile videtur·fuisse tunc quidem deos qui prouehere potuissent · sed nondum extitisse romanos qui prouehi iure possent·nos auctorem rerũ potentiã·non artificẽ scientiã q̃rim9, De dis quippe ut putant magnis·nõ de fabris vilissimis questio ẽ·quibꝫ nisi materia accedat ars cessat. Si enim p̃scisse illis ac voluisse presto semper fuit·pmo etiam subiacente p̃scientia·q; apud omnipotẽtiã de opibꝫ dũtaxat suis hoc ẽ prescire qꝺ velle·qꝺcunq; illꝺ prescibañ·cui volũtas astipularetur·nõ expectari oportuit sed creari·maxĩe cũ et iouẽ illũ suum aceruos formicarum in populos hominum ludo vertere solitũ ferant. Porro autem de cura cerimoniaꝝ nec recensendũ arbitror q̃n inter sacra cõtinua incessabilibꝫ clauibꝫ null9 finis ac nulla requies, fuit·nisi cũ saluator mũdi xp̃s illuxit. Cuius aduentui predestinatã imperij romani pacẽ·et si iam sufficient ostendisse me arbitror·tñ paucis adhuc supplere conabor, Principio secundi libelli cũ tp̃a romane cõditiõis stili tenore pstringerẽ·multa conuenienter inter babiloniã vrbẽ assirioꝝ tũc principẽ gentiũ·et romã eque nũc gentib9 dñantẽ compacta conscripsi fuisse·illud primũ·hoc vltimũ impiũ·illud paulati cedens·ac istud sensim cõualescens · defluxisse illi sub vno tempore nouissimũ regẽ·cũ isti primũ fuisse·illã deinde tunc inuadente ciro captã· velut in mortẽ concidisse·cũ istã fiducialiter assurgentẽ p9 expulsos reges liberis vti consilijs·p̃cipue cũ vindicantem libertatẽ suã Romã·tunc q̃ iudeoꝝ pp̃l's q; aput babilonam sub regibꝫ seruiebat·in sanctã hierl'm recepta libtate redierit·tẽplũq; dñi sicut a pphetis p̃dictũ fuerat reformaret. Preterea intercessisse dixerã inter babiloniũ regnũ qꝺ ab oriente fuerat et Romanũ qꝺ ab occidente consurgẽs·hereditati oriẽtis enutriebañ·mace vonicũ affricanũq; regnũ h° est q̃i a meridie ac septentrione breuibꝫ

vicibꝫ ptes tutoris curatorisqꝫ tenuisse, Orientis et occidentis regnũ babilonijũ et Romanũ iure vocitari neminem vmq̃ dubitasse scio Macedonicum regnũ sub septẽtrione cum ipa plaga celi·cũ alexã= dri magni are posite·vsqꝫ ad nunc sub ripheis mõtibꝫ docent, Kar= taginẽ vero vniuerse p̃celluisse affrice·et nõ solum in siciliam·sar= diniam·ceterasqꝫ adiacentes insulas·sed etiã in hispaniã regni ter= minos tetendisse·historiarũ simul monimenta vrbiũqꝫ declarant. Dictũ est etiam vastate per medos babilonie·et irrupte per gothos Rome pares admodum annorum numeros concurrisse Nunc aũt his illud adijtio quo magis clareat vnũ esse arbitrium seculoꝝ·re= gnorum·locorumq̃ omnium deũ. Regnũ kartaginense a condito= ne vsqꝫ ad euersionẽ eius paulo amplius q̃m dcc·ãnis stetit. Eque regnũ macedonicũ a Carono vsqꝫ ad persem paulomin⁹ quã dcc· vtrumq̃ tamẽ septenari⁹ ille nũs quo diiudicant omĩa termĩauit, Roma ipa etiã q̃muis ad aduentũ dñi ihesu xp̃i pfecto prouehere= imperio·tñ paululum et ipa in occursum nũi hui⁹ offendit. Nã dcc·conditionis sue anno xiiij·vicos eius incertum vñ consurgẽs flamma consumsit·nec vmq̃ ut ait Liuius maiore incendio va stata est·adeo ut p⁹ aliq̃t annos cesar augustus ad reparationẽ eaꝝ q̃ tunc exusta erant·magnã vim pecuĩe ex erario publico largitus sit, Poterã q̃ ostendere eundẽ duplicatũ numeꝝ mansisse babilonie q̃ p⁹ vnũ mille·cccc·et q̃t excurrit annos·vltimo a ciro rege capta ẽ· nisi presentiũ contẽplacõe reuocarer. Illud sane libenter adicio· quia primi illi⁹ regum oĩm q̃muis et pat̃ ei⁹ belus obscure·primũ regnasse referat̃·illi⁹ g° nini anno postq̃ regnare ceperat xliij·nat⁹ est ille sc̃us abraã·cui date sunt p̃missiões·ex cui⁹ semĩe repromis= sus est xp̃s·deinde nũc primi istius impatoꝝ oĩm augusti cesaris·q̃= uis et pat̃ ei⁹ cesar·metator poci⁹ impij q̃m impator extiterit·isti⁹ ergo cesaris postea q̃m impare cepit·emẽso p̃pemodũ anno xlij·na= tus est xp̃s·q̃ abrahe sub nino p̃mo rege fuerat repromissus. Natus est aũt viij·kalendaꝝ ianuariarũ·cũ primũ incrementa omĩa ãni venientis incipiũt. Ita factũ est·ut cũ abrahã xliij·anno nat⁹ sit sub fine xlij·natiuitas xp̃i ꝺueniret·ut iam nõ ipe in pte tercij ãni ꝟ ĩ ipo poci⁹ ꝛcius ann⁹ oriret. Qui ann⁹ q̃ntis·quãq̃ nouis·quã= q̃ inusitatis bonis abundauerit·satis etiã me pferente cõptũ haberi

arbitror·toto terrarū orbe vna pax omniū·non cessatiōe ꝫ abolicōe bellor. Clause iam gemine porte, Extirpatis bellorum radicib⁹ nō repressis·census ille primus et maximus fuit·cum in hoc vnum cesaris nomen vniuersa gentium creatura iurauit·simulq; per communionem census vnius societatis effecta est, Ca·scd̄m· Gitur anno ab vrbe condita·dcc·lij·natus est xp̄us salutarē mūdo afferens fidem·vera vel vere petra in medio rerum posita · vbi cōminueret qui offenderet·qui crederet saluaretur·vere ignis ardens· quē qui sequitur illuminatur·qui temptat exuritur, Ip̄e est xp̄s xp̄ianorum caput · saluator bonorum·malorumq; punitor · iudex omnium·qui formā subsecutoris verbo et opere statuēs·quo magis doceret pacientes in persecutionib⁹ quas pro vita eterna exciperent esse oportere·mox ut virginis ptu editus mundo apparuit · de passionibus suis cepit, Namq; eum rex iudee herodes simul ut natum comperit·necare decreuit·plurimosq; tūc paruulos dum vnum insectatur occidit, Dinc malignis improbe incurrentibus digna punitio est· binc inquantum tranquille agitur mundus credentiū gratia est · inquātum perniciose inquietatur·blasphemantiū pena est·securis per omnia fidelibus xp̄ianis·quib⁹ aut eterne vite reqes in tutq; · aut etiam in lucro est, Qd̄ promptius cum per ordinem referam · ip̄is rebus ostendam Postqm̄ redemptor mundi dominꝰ ihesus cristus veīt in terras·et cesaris censu cuius romanus ascriptꝰ est·dn̄i p xij·ut dixi annos clause belli porte · beatissima pacis tranquillitate cohibentur·gaium nepotem suum cesar augustꝰ ad ordinandas egiptie syrieq; prouincias misit, Qui preteriens ab egipto fines palestine apud hierosolimam in templo dei tunc sancto et celebri adorare contempsit·sicut suetonius tranquillus refert, Qd̄ augustus vbi per eum comperit·prauo vsus iudicio prudenter fecisse laudauit, Itaq; anno imperij cesaris xlviij·adeo dira romanos fames consecuta est·ut cesar ianistaz familias·omnesq; peregrinos seruorum quoq; maximas copias exceptis medicis et preceptoribus trudi vrbe preceperit·ita peccante principe in sanctū dei·et correpto p famem populo·quantitatem offensionis · qualitas vltionis ostēdit, Deinde ut verbis cornelij taciti loquar·sene augusto ianus patefactus·dum apud extremos terrarum terminos noue gentes sepe

ex vsu · et aliquando cum damno queruntur · vsq; ad vespasianū durauit imperium. Huc vsq; cornelius. Ceterum et tunc capta versaq; vrbe hierosolimorum · sicut prophete prenunciauerūt · extinctisq; iudeis · titus qui ad vindicandum domini ihesu cristi sanguinem iudicio dei fuerat ordinatus · victor triumphans · cum vespasiano patre ianum clausit. Igitur et si sub extremis cesarū temporibus apertus est ianus · tamen per multa ex eo tempora q̄muis in procinctu esset exercitus · nulla bella sonuerunt. Vnde etiā dominus ip̄e ihesus in euangelijs cum temporibus illis in summa tranquillitate vniuersus mūdus ageret · cunctasq; gentes pax vna velaret · & a discipulis suis interrogatus esset de conclusione temporum subsequentium · inter cetera sic ait, Audituri autem estis p̄lia · et oppiniones preliorum · videte ne turbemini · oportet enim hec fieri · sed nondum est finis, Consurget enim gens in gentem · et regnum in regnum · et erunt pestilencie et fames · et terremotus per loca. Hec autem omnia initia sunt dolorū. Tunc tradent vos in tribulatione et occident vos · et eritis odio omnibus gentibus p̄pt̄ nomen meum. Hoc autem diuina p̄uidentia docens · et credentes p̄monendo firmauit · et incredulos p̄dicendo confudit. Ca · iij ·

Anno ab vrbe condita · dcc · lxviij · post mortem augusti cesaris · tiberius cesar imperium adeptus est · mansitq; in eo annis xxj · et tribus, Hic per semetip̄m nulla bella gessit · sed ne per legatos quidem aliqua grauia · nisi q̄ tantum aliquantis in locis precogniti cito gentium tumores comprimebantur, Sane q̄rto imperij eius anno germanicus drusi filius caligule vel calegule p̄r de germanis ad quos ab augusto sene missus fuerat triumphauit.

Ip̄e autem tiberius plurima imperij sui parte cum magna et g̃ui modestia reipublice prefuit · adeo ut quibusdam p̄sidijs augēda prouincijs tributa suadentibus scripserit · boni pastoris esse · tōdere pecus non deglobere At postq̄m passus est dn̄s ihesus xp̄us atq; a mortuis resurrexit · & discipulos suos ad predicādum misit pilatus preses palestine prouīcie ad tiberium imperatorem atq; ad senatum retulit de passione et resurrectione cristi · consequentibusq; virtutibus · que vel per ip̄m palam facte fuerant · vel per discipulos ip̄ius in noīe eius fiebant · et de eo q̄ certatim crescente p̄limoꝝ

fide · deus crederetur. Tiberius cum suffragio magni fauoris re=
tulit ad senatum · ut cristus deus haberetur, Senatus indigna=
tione motus · cur non sibi prius secundum morem delatum esset ·
ut de suscipiendo cultu prius ipe decerneret · consecrationem cristi re=
cusauit · edictoq; constituit exterminandos esse ab vrbe cristianos ·
precipue cum et seianus prefectus tiberij suscipiende religioni obsti=
natissime contradiceret. Tiberius tamen edicto accusatoribus cri=
stianorum mortem cominatus est. Itaq; paulati immutata illa
tiberij cesaris laudatissima modestia in penam contradictoris se=
natus. Nam regi quecumq; voluntate faciebat · voluptas erat vt
fiebat · atq; ex mansuetissimo principe seuissima bestia exarsit. Nã
plurimos senatorum proscripsit · et ad mortem coegit xx · sibi patri=
cios viros consilij causa legerat · horum vix duos incolomes reli=
quit · ceteros diuersis causis necauit. Seianum prefectum suum res
nouas molientem interfecit · filios suos drusum et germanicum · q̃
drusus naturalis · germanicus adoptiuus erat · manifestis veneni
signis perdidit. Filios germanici filij sui interfecit. Referre singil=
latim facta eis horret pudetq;, Tanta libidinis et crudelitatis rabie
efferbuit · ut qui spreuerant xp̃o rege saluari · rege cesare puniẽt

Huius tñ impij anno xij · noua et incredibilis clades apud fidiã=
cium vrbem accidit Amphiteatri cauea populo gladiatorum ma=
nus expectante collapsa est · et plusq̃ xx · milia hoim occidit Dignũ
sane posteris tante correptionis exemplum · tunc ad spectandas ho=
minum mortes auidos homines conuenisse · qñ p salute hominũ
quidenda · deus homo esse voluisset Deinde anno eiusdem xvij ·
cum dñs ihesus xp̃s voluntarie quidem se tradidit passioni · ꝫ impie
a iudeis deprehensus · et patibulo suffixus est · maximo terremotu p
orbem facto · saxa in montibus scissa · maximarũq; vrbiũ plurime
partes plus solita concussione ceciderunt · Eadem quoq; die ad ho=
ram diei sextam · sol in totum obscuratus · terraq; nox subito obdu=
cta terris est · et sicut dictum est · impiaq; eternam timuerunt secula
noctem Vsq; adeo autem neq; lunam lumini solis · neq; nubes ob=
stitisse manifestum est · ut xiiij · die luna tota celi regione interiecta ·
longissime a conspectu solis affuisse · et stellas tunc diuturnis horis
vel pocius in illa horrenda nocte toto celo fulsisse referatur, Qd nõ

solum sanctorũ euangelioꝝ fides · sed etiam aliquanti grecorũ libri attestantur. Jam hinc post passionẽ dñi quem iudei quantum in ipis fuit persecuti sunt·continue clades iudeorum donec exinaniti dispersiꝝ deficiant incessabiliter instrepunt, Tiberius siquidem iuuentutem eorum per speciem sacramenti in prouincias grauioris celi religauit ·reliquos gentis eiusdem vel similia sectantes vrbe sb̃mouit · sub pena perpetue seruitutis nisi obtemperassent. Sane aspe ciuitates illo terremotu dirutas · tributo dimisso · propria etiã libertate donauit, Hic ambiguis signis veneni obijt,

HAnno ab vrbe condita dcc·xc·tercius ab augusto Gaius galigula regnare cepit·manſitq; in imperio annis non plenis quatuor homo omniũ ante te flagicioſiſſimus · et qui vere dignus Romanis blaſphemantibus et iudeis perſecutoribus punitor adhibitus videretur, Hic ut breuiter magnitudinem crudelitatis eiꝰ expromam · exclamaſſe fertur , Vtinam populus Romanus vnã ceruicem haberet. Sepe etiam de conditione temporum ſuorum conqueſtus eſt · qõ nullis calamitatibus publicis inſignirentur ,

O beata germina temporis criſtiani · quantũ preualuiſtis in rebus humanis ·ut etiam crudelitas hominis magis potuerit clades deſiderare qm̃ inuenire, Ecce de tranquillitate generali feritas ieiuna conqueritur · furor impius intus ſeua ſedens ſuper arma ·et cẽtum vinctus eneis poſt tergum nodis·fremit horridus ore cruento Serui rebelles et fugitiui gladiatores perterruere Romam· euertẽ italiam · ſiciliam deleuerunt · iam pene vniuerſo humano generi toto orbe metuendi · in diebus autem saluris · hoc eſt temporibus xp̃ianis conuellere quietem non potẽſt vel ceſar infeſtus, Hic ſiquidem magno et incredibili apparatu p̃fectus·querere hoſtem viribus ociosis·germaniam galliamq; percurrens·in ora oceani circa proſpectum britanie reſtitit, Cumq; ibi mino cino belinum britanorum regis filium qui a patre pulſus cum paucis oberrabat ĩ deditionẽ recepiſſet · deficiente belli materia Romã redijt. Hiſdem autem diebus iudei qui iam tunc ob paſſionem criſti meritis vbiq; clandib9 exagitabanť·apud alexandriam ſeditione excitata·p̃fligati cede· atq; vrbe p̃pulſi expromẽdaꝝ querelarum cauſa·philonẽ quẽdam virum ſane in primis eruditum·legatum ad ceſarem miſerũt

Sz caligola cũ omnib hominib tum precipue iudeis infestissimꝰ spreta legatione philonis · omnes iudeorum sacras edes · atqꝫ in ꝑmis ãtiquum illud in hierosolimis sacrarium profanari sacrificijs gentilium · ac repleri statuis simulacrisqꝫ impauit · seqꝫ ibi ut deum coli precepit, Pilatus autem preses qui sententiam damnatiõis in xp̃m dixerat · post ꝯm plurimas seditiones in hierosolimis expleuit ac fecit · tantis irrogante gaio angoribus coartatus est · ut sua se transuerberans manu · malorum compendiũ mortis celeritate q̃sierit. Gaius caligola libidinib suis etiam illud sceleris adiecit · ut sorores suas primũ stupro polluerit · deinde exilio damnaret, Qui pꝰ omnes simul exules iussit occidi · ipe autem a suis protectoribus occisus ẽ, Duo libelli in secretis eius reperti sunt · quoꝝ alteri pugio alteri gladius pro signo nomis ascriptus erat · ambo electissimorum virorum vtriusqꝫ ordinis senatorij et equestris noĩa et notas continebant · morti destinatorum, Inuenta est archa ingens varioꝝ venenorum, Quibus moꝝ claudio cesare iubente dimersis · infecta maria traduntur · non sine magno piscium exicio · quos enecatos per proxima litora passim estꝰ eiecit · magnum reuera inditium miserentis dei · ꝓpter suffragium gratie in populum continuo ex parte credituꝝ · et ꝓpter ire tempamentum in populũ tunc infideliter obstinatum · ut quanta multitudo hominũ ꝑparatã mortẽ euaserit ex multitudine interfectorũ piscium discereẽ · omnibusqꝫ innotescere quid tanti veneni moles arte aucta · agere in misera ciuitate potuisset · que negligenter effusa etiam maria corrupit. Ca · v.

ANno ab vrbe condita · dcc · xcv · tiberius claudius ab augusto quartus regnũ adeptus est · manstitqꝫ in eo annis xiiij Ab exordio regni eius petrus apostolus domini ihesu cristi Romã veit ꝙ salutarem cunctis credentibus fidem fideli verbo docuit · potentissimisqꝫ virtutibus approbauit · atqꝫ exin cristiani Rome esse cperũt sensitqꝫ hoc collatũ fidei sue Roma beneficiũ. Nã cum interfecto caligola multa de abrogando imperio ac republica in antiquũ ordinem restituenda · euertendaqꝫ penitus cesarum vniuersa familia · senatus et consules decreuissent · claudiꝰ moꝝ ut confirmauit impiũ · magna atqꝫ adhuc rome incognita vsus clementia · ne in tantam nobilium multitudinem vlcio si esset cepta seuiret · biduum illud qꝺ

reipublice ſtatu infeliciter conſultum actũq; fuerat·memorie exemit oĩmq; factoꝝ victorũ ve in eo· veniã et obliuiõem in perpetuũ ſãxit et ita illam preclarã et famoſam athenienſiũ amniſtiã quã quidem Rome inducere iulio ceſare interfecto ſenatus cicerone ſuadente tẽtauerat · ſed antonio et octauiano ꝑpt vlcionẽ extincti ceſaris irrũpentibꝫ in irritũ ceſſerat·hanc claudius q̃muis multo truculentiore cauſa in cedẽ conſpiratorũ ſtimularet·vltronea clementia nullo expetente firmauit. Accidit etiam eodem tempore pñtis gratie dei grande miraculũ, Siquidẽ furiꝰ camillus ſcribonianus dalmacie legatus·ciuile bellũ molitꝰ· legiones multas fortiſſimaſq; ad ſacramenti mutationẽ pellexerat. Itaq; die dicto ut in vnum vndiq; ad nouũ impatorẽ conueniretur·neq; aquile ornari·neq; conuelli quoq; mõ ſigna moueri ve potuerũt, Exercitus tanta et tam inuſitata miraculi fide motus·et conuerſus in penitentiã·ſcribonianum quinta ſtatim die deſtitutum interfecit·ſeſeq; ſacramento prioris militie continuit Triſtuis ac pniciosius vrbi rome nichil vnq̃m fuiſſe · q̃m bella ciuilia ſatis notum eſt. Itaq; ꝑpter aduentum apli petri·et tenera criſtianorum germina vix dũ adhuc pauca ad ſãcte fidei profeſſionem erumpentia · hanc ex oriente tirannidem · et conſurgens iſtud ciuile bellum·neget quiſquã diuinitus eſſe compreſſũ qui preteritis temporibus de compreſſione bellorum ciuilium·ſimile probarit exemplum, Claudius quarto imperij ſui anno cupiens vtilem reipublice oſtentare principem·bellum vbiq; et victoriã vndecumq; requiſiuit. Itaq; expeditionem in britaniam mouit que excitata in tumultum ꝑpter non reditos tranſfugas videbat, Tranſuectus in inſulam eſt · quã neq; ante iulium ceſarem · neq; poſt eum quiſq̃m adire auſus fuerat · ibiq; ut verbis ſuetonij tranquilli loquar · ſine vllo prelio ac ſanguine intra pauciſſimos dies plurimam inſule partem in deditionem recepit. Oreadas etiam inſulas vltra britaniam in occeano poſitas·romano adiecit impio ac ſexto poſtq̃m profectus erat menſe romam rediit. Conferatur nunc ſi cuiq̃m placet ſub vna inſula tempus · et tempus · bellum et bellum · ceſar et ceſar. Nam de fine mil confero · quo hec feliciſſima victoria · illud acerbiſſima clades fuit · et ſic demum roma cognoſcat pocius per eius latentem prouidentiam in agendis rebus

ante se partem felicitatis habuisse · cuius agnitione suscepta · plenissima felicitate perfruitur · in quantum non tamen blasphemarum offendiculis depravatur. Eodem anno imperij eius fames grauissima per siriam facta est · quã etiam pphete prenunciauerunt sed cristianorum necessitatibus apud hierosolimam cõuectis ab egipto frumentis helena ad zabenorum regina conuersa ad fidem cristi largissime ministrauit, Anno imperij eius quinto · inter theram et therariam al's therasiam insula de profundo emicuit · xxx · stadioꝝ spacio extenta, Anno eius vij° · sub procuratore iudee cumano · in hierosolimis tanta seditio in diebus azimorum exorta est · ut inportarum exitu populo coartato xxx · milia iudeorum cede prostrata · et compressione suffocata referantur, Anno eiusdem ix° · expulsos per claudium vrbe iudeos iosephus refert · ꝫ me magis suetonius mouet · qui ait hoc modo, Claudius iudeos impulsore xp̃o assidue tumultuantes roma expulit. Qd̃ vtrum contra cristum tumultuantes iudeos coerceri et comprimi iusserit · an etiã cristianos simul velut cognite religionis homines voluerit expelli · nequaq̃m discernitur, Verumtamen sequenti anno tanta fames Rome fuit · ut medio foro imperator correptus a populo · conuicijs et fragminibus panis turpissime infestatus · egre per seuo tirum in palaciũ refugiens · furorem excitate plebis euaserit. Paruo autem intercedente tempore · xxx · et · v · senatores · et trecentos simul equites romanos · minimis causis interfecit. Ip̃e autẽ manifestis veneni signis est mortuus.

Capitulum vi.

Anno ab vrbe condita · dccc · viij · nero cesar ab augusto · v · pr̃incipatum aceptus est · mansitq; in eo annis non plenis · xiiij · gai caligule auunculi sui · erga omnia vicia ac scelera sectator pmo transgressor · petulantiam · libidinem · luxuriam · auariciam · crudelitatem · nullo non scelere exercuit. Siquidem petulantia parcit omnia pene italie theatra perlustrans · assumpto etiam varij vestitus dedecore · ceriacas · citheristas · tragedos · et aurigas · sepe sibi supasse visus est. Libidinibus porro tantis exagitatus est · ut nec a matre quidem vel sorore vlla ve consanguinitatis reuerentia abstinuisse referatur · virum in vxorem duxerit · ip̃e a viro ut vxor acceptus sit, Luxurie vero tam ineffrenate fuit · ut retibus aureis

piscaretur · que cum purpureis funibus extrahebantur · frigidis et calidis lauaret vngentis, Qui etiam nunq̃m minus mille carrucis confeciſſe iter traditur. Deniq; vrbis Rome incendium voluntatis ſue ſpectaculum fecit · per vi·dies ſeptemq; noctes ardens ciuitas · regios pauit aſpectus. Horrea quadro ſtructa lapide · magneq; ille veterum inſule quas diſcurrens adire flamma non poterat · magnis machinis quondam ad externa bella preparatis · labefactate atq; inflammate ſunt · ad monumentorum buſtorumq; diuerſoria infelici plebe compulſa. Quod ipſe ex altiſſima illa mecenatiana turre proſpectans · letuſq; flamme ut aiebat pulcritudie tragito habitu iliadam de tantabat, Auaritie autem tam preruptæ extitit · ut poſt hoc incendium vrbis · quã ſe auguſtus ex lateritia marmoream reddidiſſe iactauerat · neminem ad reliquias rerum ſuarum adire permiſerit · cunctaq; flamme quoquo modo ſuperfuerant · ipe abſtulit. Centies centena milia ſexcentium annua ad expenſas a ſenatu conferri ſibi imperauit, Plurimos ſenatorum nulla extante cauſa bonis priuauit · negotiatorum omnium ſub vna die tormentis quoq; adhibitis · omnem penitus cenſum abſtraſit. Crudelitatis autem rabie ita efferatus eſt · ut plurimam ſenatus partem interfecerit · equeſtrem ordinem pene deſtituerit, Sed ne parricidijs quidem abſtinuit · matrem · fratrem · ſororem · vxorẽ · ceteroſq; omnes cognatos et propinquos · ſine heſitatione proſtrauit. Auxit hanc molem facinorum eius temeritas impietatis in deum, Nam primus rome criſtianos ſupplicijs et mortibus affecit · ac per omnes prouincias pari perſecutione excrutiari imperauit · ip̃mq; nomen extirpare conatus · beatiſſimos xp̃i apoſtolos petrũ cruce · paulum gladio occidit. Mox aceruatim miſeram ciuitatẽ oborte vndiq; oppreſſere clades, Nam ſubſequente autumno tanta vrbi peſtilentia incubuit · ut xxx· milia funerum in rationem libitiane venirent. Britannica deinde clades e veſtigio accidit · qua duo precipua oppida magna ciuium ſociorumq; clade & cede direpta ſunt. Preterea in oriente magnis armenie prouincijs amiſſis · Romane legiones ſubiugum parthicum miſſe · egreq; ſyria retenta eſt, In Aſya tres vrbes hoc eſt Laoditia·

hierapolis · colose terremotu conciverunt. At vero nero postq̃m galbam in hispania imperatorem creatum ab exercitu cognouit· totus animo spe concidit. Cungz incredibilia perturbande immo sub ruende reipublice mala moliretur hostis a senatu pronunciatus· & ignominiosissime fugiens· ad quartum ab vrbe lapidem sese ipse interfecit· atgz in eo omnis cesarum familia consumpta est.) Ca· vij

ANno ab vrbe condita· d· ccc· xx· quarto· galba apud hispanias vsurpauit imperium · qui mox ut neronis mortem cõperit. Romam venit. Cungz omnes auaricia· seuitia· segnitiagz offenderet· pisonem sibi nobilem inoustriumgz adolescentem· in filiũ atgz in regnum adoptauit. Cum quo septimo mense imperij sui ab othone iugulatus est. Luit roma cedibus principium· excitatisgz ciuilibus bellis recentes cristiane religionis iniurias· et signa illa legionum que sub aduentu in vrbem petri apostoli diuinitus coercita· conuelli nullo modo ad excitandum ciuile bellum voluerant· qõ per scribonium parabatur · petro in vrbe interfecto· et cristianis penarum diuersitate laniatis · toto se orbe soluerunt. De hispania siquidem ilico galba surrexerat. Quo mox oppresso· otho rome· vitellius in germania· vespasianus in siria · imperia simul et arma rapuerunt, Probent sane etiam inuiti potẽciam simul et clemẽciam dei· qui cristianis temporibus offenduntur · quanta celeritate tantorum incendia bellorum excitata sunt et repressa · cum & ante minimis causis magne ac diuturne clades agitarent· & nunc maximi vndigz increpantes magnorum malorum fragores · minimo negocio sopirentur. Iam enim erat rome q̃muis persecutione vexata ecclesia· que iudici omnium cristo etiam pro inimicis et persecutoribus supplicaret. Igitur otho cum galba et pisone rome interfectis inter tumultus cedesqz inuasisset imperium· ac mox creatum imperatorem in gallia per germanicas legiones vitellium comperisset· bellum ciuile molitus· tribus primum leuibus prelijs· hoc est vno apud alpes · alio circa placentiam· tercio circa locum quẽ castoris vocant· contra vitellianos duces congressus victor extitisset· quarto apud bedriacum prelio· cum animaduertisset suos vinci· mense tercio quã imparare ceperat sese interfecit, Vitellius victor romã venit, Vbi cum multa crudelit̃ ac nequiter ageret· incredibili

etiam voracitatis appetitu humanam vitam probris aggrauaret·
. postq̃m de vespasiano comperit · primum deponere molitus impe=
rium post a quibusdam animatus · sabinum vespasiani fratrem
nichil tum mali suspicantem· cum ceteris fluuianis in capitolium
compulit · succensog templo · et mixta simul flamma ruinag omnes in vnum pariter interitum ac tumulum vevit · post veficiente
in vespasiani nomen exercitu suo · destitutus·appropinquãtibusq
iam hostibus trepidus· cum se in quandam proximam palatio cellulam contrusisset · turpissime inde protractus · cum per viam sacram nudus duceretur · passim simum in eos eius coniectantibus
in forum deductus · octauo q̃m regnum presumpserat mense · apꝰ
gemonias scolas minutissimorum ictuum crebris compunctionib
excarnificatus · atg inde vnco tractus · et in tiberim mersus · etiã
communi caruit sepultura. Multis autem et nefarijs modis per cõplures dies a vespasianis militibus aduersum senatum populumg Romanum · indiscreta cede seuitũ est.) Ca·viij·

HAnno ab vrbe condita·d ccc·xxv·breui illa quidem sed turbida tirannorum tempestate discussa · tranquilla sub vespasiano duce serenitas redijt, Nam ut paulo altius repetam · iudei pꝛ
passionem xp̃i destituti in totum gracia dei · cum omnibus vndig
malis circumuenirentur · post quibusdam in carmelo monte seduti sortibus portenderent · exortos a iudea duces rerum potituros
fore · per dictumg ad se trahentes in rebellionem exarserunt, Cunctis extinctis romanis subsidijs · legatum quog syrie sub petis feretem · rapta aquila et cesis copijs fugauerunt. Ad hos vespasianus
a nerone missus·titum filium suum maiorem inter legatos habuit
Nam multas et validas legiones secum in syriam traiecit, Itaq
cum iudeos multis eorum oppidis captis in vrbe hierosolimorum
precipue ob diem festum congregatos obsidione clausisset · cognita morte neronis · hortatu plurimorum regum et ducum · maxime iosephi iudeorum ducis sententia · qui captus cum in vincula
coiceretur · constantissime dixerat · sicut suetonius refert · continuo
se ab eodem · sed imperatore soluendum · imperium adeptus est ·
relictog in castris ad procurationem obsidionis hierosolimorum filio tito·per alexandriã profectus est Romã Sed cognita interfecti õe

vitelli · paulisper alexandrie substitit, Titus vo magna ac diuturna oblivione iudeos premens · machinis cunctisq bellicis molibus non sine multo suorum sanguine tandem muros ciuitatis irrupit. Sed expugnãdam interiorem templi munitionem quã reclusam multitudo sacerdotum ac principum tuebatur · maiore vi & mora opus fuit. Qđ tamen postq̃m in potestatem redactum opere atq; antiquitate suspexit · diu deliberauit · vtrum tanq̃m incitamentum hostium incenderet · an in testimonium victorie reseruaret. Sed ecclesia dei iam per totum orbem vberrime germinante hoc tanq̃m effectum ac vacuum · nulliq; vsui bono commodum · arbitrio dei auferendum fuit, Itaq; titus imperator ab exercitu pronunciatur, Templum hierosolimis incendit ac diruit · qđ a die cõvicionis prime · vsq; ad diem euersionis vltime manserat annis mille · c · et · ij · Muros vrbis vniuersos solo equauit. Sexcenta milia iudeorum eo bello interfecta cornelius et suetonius referunt. Josephus vero iudeus qui et tunc bello prefuit · et apud vespasianum propter predictum imperium · veniam graciamq; meruerat · scribit vndecies centena milia gladio · fame perisse · reliquias vero iudeorum diuersis actas condicionibus toto orbe dispersas · quarum numerus ad lxxxx · milia hominum fuisse narratur. Vespasian& titus imperatores · magnificum agentes de iudeis triumphum · vrbem ingressi sunt · pulcrum et ignotum antea cunctis mortalibus inter ccc · xx · triumphos qui a condicione vrbis vsq; ad id tempus acti erant · hoc spectaculum · patrem et filiũ vno triumphali curru vectos · gloriossimam ab his qui patrem et filium offenderant victoriam reportasse. Qui continuo omnib& bellis ac tumultibus domi forisq; compressis · tocius pacem orbis pronunciauerunt · et ianum geminum obseratis cohiberi claustris sexto demum ipsi post vrbem conditam censuerunt. Iure enim idem honor vltionis passioni domini impensus est · qui etiam natiuitati fuerat attributus Tunc deinde sine vllis bellorum tumultibus in immẽsum respublica romana prouehitur, Siquidem achaia · licia · rhodus · bizantium · samus · thracia · cilicia · commagene · tunc primum redacte in prouincias romanis iudicibus legibusq; parue-
runt. Nono autẽ imperij eius ãno tres ciuitates cipri terremotu

corruerunt · et Rome magna pestilentia fuit. Vespasianus autem in villa propria circa sabinos nono principatus sui anno profluuio ventris est mortuus, Ca·ix·

ANno ab vrbe condita·dccc·xxviij·Titus segregatis a numero principum othone & vitellio ab augusto octauus biennio post vespasianum regnauit, Cuius tanta tranquillitas in imperio fuit · ut nullius omnīo sanguinem in republica administrāda fuisse referat, Et tamen tunc Rome orto repente incendio plurime edes publice concremate sunt· abruptum tunc etiam libij mōtis vertice magna profudisse incendia fertur · torrentibusq; flāmarum vicina regionis cum vrbibus hominibusq; delesse. Titus cum ingenti luctu omnium in eadem villa qua pater eius morbo absumptus est, Ca·x·

ANno ab vrbe cōdita·dccc· xxx · domitianus titi frater ab augusto non? fratri successit in regnū, Qui per ānos xv·ad hᵒ paulatim per omnes scelerum gradus creuit·ut confirmatissimam toto orbe cristi ecclesiam datis vndiq; crudelissime persecutionis edictis·conuellere auderet, Is in tantam superbiam prolapsus fuit·ut dominum sese ac deum vocari scribi coliq; iusserit, Nobilissimos e senatu inuidie simul ac prede causa alios palam interfecit·alios in exilium miserabiliter trusit · ibiq; trucidari imperauit, Libidinis intemperantia quicquid cogitari potest fecit, Plurimas vrbis edes destructis populi romani rebus extruxit Bellum aduersus germanos et dacos per legatos gessit · pari reipublice pernicie·cum ꝛ in vrbe ipe senatum populumq; laniaret·et foris male circumactū exercitum assidua hostes cede conficerent. Nam quanta fuerīt diurpanei dacorum regis cum fusco duce prelia·quanteq; romanorum clades · longo textu euoluerem · nisi cornelius tacitus qui hanc historiam diligentissime contexuit · de reticendo interfectorum numero · et salustium crispum · et alios auctores q̄plurimos sanxisse · et seipsum idem potissimum elegisse dixisset. Domicianus tamē prauissima elatus iactantia · sub nomine superatorum hostium de extinctis legionibus triumphauit · idemq; efferatus superbia qua se deum coli vellet · persecutionem in cristianos agi secundus a nerone imperauit Quo tempore etiam beatissimus iohannes apl's

in pathmos relegatus fuit, Inter iudeos quoq; acerbitate tormẽtorum et cruentissime questionis exquiri genus dauid· qui regnum possit adipisci. Continuo tamen domicianus crudeliter in palatio a suis interfect⁹ est · cuius cadauer populari sandapila per vespiliones vel vespilliones exportatum · atq; ignominosissime sepultũ est.

Capitulũ xi·

ANno ab vrbe condita·dccc·xlvi·q̃muis eutrepius quinquagesimum hunc esse annum scripserit, Nerua admodum senex a petronio prefecto pretorij et partheio spadone interfectore domiciani·imperator decim⁹ ab augusto creatus· traianum in regnũ adoptauit · per quem reuera ad felicitatem afflicte reipublice diuina prouisione consuluit. Hic primo edicto suo cunctos exules reuocauit · vnde et iohannes apostolus hac generali indulgentia liberatus · ephesum rediit · emensoq; anno imperij sui nerua confectus morbo diem obijt.

Ca·xij·

ANno ab vrbe condita·dccc·xlvij·traianus genere hispanus· vndecimus ab augusto · reipublice gubernacula nerua tradente suscepit · ac per annos decem et nouẽ tenuit Apud agrippinã gallie vrbem·insignia sumsit imperij. Mox germaniam trans rhenum in pristinum statum reduxit, Trans danubium multas gentes subegit. Regiones autem trans eufraten et tigrim sitas prouincias fecit·seleuciam et contesifontem·et babilonem occupauit. In persequendis sane cristianis errore deceptus · tercius a nerone cum passim repertos cogi ad sacrificandum p̃olis ac detractantes interfici precepisset·plurimiq; interficerentur·plinij secundi qui inter ceteros iudices persecutor datus erat relatu admonitus · eos homines propter confessionem cristi honestaq; conuenticula nichil contrariũ romanis legibus facere·fiducia sane innocentis confessionis nemini mortem grauem ac formidolosam videri · rescriptis ilico lenioribus temperauit edictum · veruntamen Rome continuo aurea domus a nerone totis priuatis publicisq; impensis condita · repentino conflagrauit incendio · ut intelligeretur missa etiam ab alio persecutio in ipsius potissime monumentis · a quo primum exorta esset · atq; in ip̃o puniri, Terremotu quatuor vrbes aspe subũse·elea mirrina·pithane·cine·et grecie ciuitates due·opintiorum et oriq;

quatuor galacie ciuitates eodem terremotu virute. Pantheum rome fulmine concrematum · terremotus in antiochia pene totã subruit ciuitatem, Increbili deinde motu sub vno tempore iudei q̃i rabie efferati · per diuersas terrarum partes exarserunt. Nam et p totam libiam aduersus incolas attrocissima bella gesserunt · que adeo tunc interfectis cultoribus desolata · ut nisi postea adrianus imperator collectas illuc aliunde colonias deduxisset · vacua penitus terra abraso habitatore mansisset. Egiptum vero totam et cirenen · et thebaidam cruentis sedicionibus turbauerunt. In alexandria autem commisso prelio victi et attriti sunt. In mesopotamia quoq; rebellantibus iussu imperatoris bellum illatum est Iraq; mlta milia eorum vasta cede deleta sunt, Sane salaminam vrbem cipri interfectis omnibus accolis deleuerunt. Traianus ut quidã ferunt apud seleutiam hisaurie vrbem profluuio ventris extinctus est.

Capitulũ xiij·

HAdrianus cõdita·dccc·lxvij·adrianus consobrinus traiani filius xij·ab augusto principatum adeptus est·vno et xx· annis imperauit. Hic per quadratum discipulum apostolorum & aristidem atheniensem virum fide sapientiaq; plenum · et per serenum granium legatum libris de cristiana religione compositis instructus atq; eruditus · precepit per epistolam ad minutium fundanum proconsulem aspe datam · ut nemini liceret cristianos sine obiectu criminis aut probacione damnare · idemq; continuo pater patrie in senatu vltra morem maiorum appellatur · & vxor eius augusta, Adrianus rempublicam iustissimis legibus ordinauit. Bellum contra sauromatas gessit et vicit. Iudeos sane pertubatione scelerum suorum exagitatos · et palestinã prouintiam quõdam suam depopulantes · vltima cede perdomuit · vltusq; est cristianos, Quos ilico cheba duce cur sibi aduersus romanos non assentarent excruciabant · precepitq; ne cui iudeo introeundi hierosolimam esset licentia · cristianis tantum ciuitate permissa · quã ipse in optimum statum murorum extructione reparauit · et heliam vocari de pnoĩe suo p̃cepit. Ca·xiiij·

HAnno ab vrbe condita·dccc·lxxxviij·antoninus cognomento pius xiij·ab augusto imperator creatus cũ liberis suis aurelio

et lucio xx · et non plenis tribus annis rempublicam gubernauit · adeo tranquille et sancte · ut merito pius et pater patrie nominatꝰ sit, Huius tamen temporibus valentinus hereſiarches · & cerdo magiſter marcionis Romam venerunt · verum iuſtinus philoſophus librum pro criſtiana religione compoſitum · antonino tradidit · benignumq; eum erga criſtianos fecit, Antoninus ad duodecimum ab vrbe lapidem correptus morbo interijt, Ca·xv

Anno ab vrbe condita · dcccc · xi · marcus antoninus verus · q̃rtusdecimus ab auguſto regnũ cum aurelio cõmodo fratre ſuſcepit · manſitq; in eo annis decem et ix · Hi primi rempublicam equo iure tutati ſunt, Bellum deinde parthos admirabili virtute et felicitate geſſerunt. Marcus antoninus verus ad id bellum profectus eſt, Vologeſus enim rex parthorum graui irruptione · armeniam · cappadociam · ſyriamq; vaſtabat. Sed antoninus per ſtrenuiſſimos duces magnis rebus geſtis · ſeleutiam ſyrie vrbem · ſuper p̃oaſpen fluuium ſitam cum · cccc · milibus hominum cepit · et cũ fratre de victoria parthica triumphauit · ac non multo poſt dum cum fratre in vehiculo ſedit · caſu morbi quem appoplexian greci vocant · ſuffocatus interijt. Eo defuncto · marcus antoninus ſolus reipublice prefuit, Sed in diebus parthici belli perſecutione criſtianorum quarta iam poſt neronem vice in aſya et in gallia g̃ues precepto eius extiterunt · multiq; ſanctorum martirio coronati ſunt. Secuta eſt lues plurimis infuſa prouincijs · totamq; italiam peſtilentia tanta vaſtauit · ut paſſim ville · agri · atq; oppida ſine cultore atq; habitatorum deſerta · in ruinas ſiluaſq; conceſſerꝰ Exercitum vero romanum cunctaſq; legiones per longinqua late hiberna diſpoſitas · ita conſumptas ferunt · ut marcomannicum bellum qđ continuo exortum eſt · non niſi nouo dilectu militum quem triennio iugiter apud carnuntium marcus antoninꝰ habuit geſtum fuiſſe referatur. Hoc quidem bellum prouidentia dei adminiſtratum eſſe cum plurimis argumentis · cum precipue epiſtola grauiſſimi ac modeſtiſſimi imperatoris apertiſſime declaratum eſt, Nam cum inſurrexiſſent gentes immanitate barbarice · multitudine innumerabiles · hoc eſt marcomanni · quadi wandali · ſarmate · ſueui · atq; omnis pene germania · et in quadorum vſq; fines

progressus exercitus · circumuentusq; ab hostibus propter aquarũ penuriam · tam presentis sitis · quam hostis periculum sustineret ad inuocationem nominis cristi quã subito magna fidei constancia · quidam milites effusi in preces palam fecerunt · tanta vis pluuie effusa est · ut Romanos quidem largissime ac sine iniuria refecerit · barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos · presertim cum plurimi eorum occiderentur in fugam coegerit, Quorũ terga Romani vsq; ad internitionem cedentes · gloriosissimam victoriam · et omnibus pene antiquorum titulis preferendam rudi puoq; militum numero · seu potentissimo auxilio cristi reportarunt · Extare etiam nunc apud plerosq; dicuntur litere imperatoris antonini · vbi inuocationem nominis cristi per milites cristianos & sitim illam depulsam · et collatam fatet fuisse victoriam, Idemq; antoninus commodum filium suum assumsit in regnum. Preteriti etiam temporis per omnes prouincias tributa donauit · omniaq; simul fiscalium titulorum calumniosa monimenta congesta in foro iussit incendi · seueriores leges nouis constitutionibus temperauit. Postremo in pannonia constitutus · repentino morbo diem obiit,

Capitulum xvi ·

HAno ab vrbe condita · dcccc · xxx · Lucius antoninus cõmodus · quintusdecimus ab augusto patri successit in regnum mansitq; in eo annis xiij · Aduersus germanos bellum feliciter gessit Ceterum per omnia luxurie et obscenitatis dedecore depraua-tus · gladiatorijs quoq; armis sepissime in ludo depugnauit · & in amphiteatro feris sese frequenter obiecit, Interfecit etiam q̃mplurimos senatores · maxime quos animaduertit nobilitate industriaq; excellere · flagicia regis · pena vrbis insequitur. Nam fulmine capitolium est ictum · ex quo facta inflammatio · bibliothecam illã maiorum cura studioq; compositam · edesq; alias iuxta sitas · rapaci turbine concremauit. Deinde aliud incendium postea Rome exortum · edem veste · et palacium · plurimamq; vrbis partez solo coequauit. Commodus cunctis incommodus in domo vestalia strangulatus interisse fertur · hostis generis humani etiam viuus iudicatus.

Capitulũ xvij ·

POst hunc a senatu creatus est senex heluius pertinax xvi · ab

augusto. Qui sexto mense quo regnare ceperat · iuliani iurisperiti scelere in palatio occisus est. Iulianus interfecto pertinace inuasit imperium, Sed mox a seuero apud pontem muluium bello ciuili victus et interfectus est · mense vij · postq̃m ceperat imperare, Ita inter pertinacem et iulianũ vn̄ annus absumt̄ est, xviij ·

Anno ab vrbe condita · dcccc · xliij · seuerus genere afer · tripolitanus ab oppido leptis · qui se ex noīe imperatoris quē occisum vltus fuerat · pertinacem appellari voluit · xvij · ab augusto destitutum adeptus imperium xvij · annis tenuit, Hic natura seu̇ multis semper bellis lacessitus · fortissime quidem rempublicam · sed laboriosissime rexit, Pescennium nigrum qui in egito et syria ad tirannidem aspirauerat · apud cizicum vicit et interfecit. Iudeos et samaritas rebellare conantes · ferro cohercuit · parthos arabas · adiabenosq; superauit. Quinta post neronem persecutione cristianos excruciauit · plurimiq; sanctorum per diuersas prouincias martirio coronati sunt. Hanc profanam in cristianos et ecclesiā dei presumtionem seueri · celestis vlcio e vestigio acta subsequitur · Nam continuo rapitur vel pocius retrahitur in galliam seuerus e syria ad tercium ciuile bellum · vnum enim iam Rome aduersus iulianum · alius in syria contra pescennium gesserat · tercium clodius albinus iuliani in occidendo pertinace socius qui se in gallia cesarem fecerat suscitabat, Cuius bello multum vtrimq; romani sāguinis fusum est Albinus tamen apud lugdunum oppressus et interfectus est, Seuerus victor in britannias defectu pene omnium sociorum trahitur · vbi magnis grauibusq; prelijs sepe gestis · receptam partem insule a ceteris indomitis gentibus vallo distinguēdam putauit, Itaq; magnam fossam firmissimumq; vallum crebris insuper turribus communitum · per c · xxx · & duo milia passuū a mari ad mare duxit ibiq; apud eboracum oppidum · morbo obijt Reliquit duos filios bassianum et zetam · quorum zeta hostis publicatus interijt, Bassianus antonini cognomine assumto · regno potitus est,

Ca · xix ·

Anno ab vrbe condita · dcccc · lxij · aurelius antoninus Bassianus · idēq; carocalla xviij · ab augusto principatum adept̄ est · mansitq; in eo annis non plenis vij · Vixit patre asperior · oīb

autem hominibus libidine intemperantior · qui etiam nouercam
suam iuliam vxorem duxerat Hic contra parthos bellum moliens
inter ediſſam et charras ab hoſtibus circumuentus occiſus eſt,

Capitulū xx·

POſt hunc xix·ab auguſto ophilus macrinus qui prefect9 p̃:
torio erat · cum filio diadumeno inuaſit imperium· ſed emẽ:
ſo anno · continuo apud archelaidem militari tumultu occiſus eſt,

Capitulum xxi·

ANno ab vrbe condita·dcccc·lxx·Marcus aurelius antoninus
xx·ab auguſto imperium adeptus · tenuit annis q̃tuor. Hic
ſacerdos heliogabali templi · nullam ſui · niſi ſtuprorum · flagicio:
rum·tociuſq; obſcenitatis infamem ſatis memoriam reliquit. Tu:
multu aũt militari exorto Rome cũ mr̃e interfect9 ẽ. Ca·xxij·

ANno ab vrbe condita·dcccc·lxxiiij·aurelius alexander xxi ab
auguſto ſenatus ac militum voluntate imperator creat9·xiij
annis digno equitatis pretonio fuit Cuius mater mamea xp̃iana
origenem preſbiterum audire curauit, Nam ſtatim expeditione in
perſas facta·xerxen regem eorum maximo bello victor oppreſſit. Vl:
piano vſus aſſeſſore ſummam ſui moderationem reipublice exhi:
buit · ſed militari tumultu apud Mogontiacum interfectus eſt,

Capitulum xxiiij·

ANno ab vrbe condita·dcccc·lxxxvij°·Maximus xxij·ab au:
guſto nulla ſenatus voluntate·imperator ab exercitu poſtq̃
bellum in germania proſpere geſſerat factus · perſecutionem in cri:
ſtianos ſextus a nerone exercuit, Sed continuo hoc eſt tercio quã re:
gnabat anno a pupiõe aquileie interfectus· et perſecutionis et vite
finem fecit Qui maxime propter criſtianam alexandri cui ſeceſſerat
et mamee matris eius familiam·perſecutionem in ſacerdotes et de:
ricos · id eſt doctores · vel precipue propter Origenem preſbiterum
miſerat, Capitulū xxiiij·

ANno ab vrbe condita·dcccc·xci°· Gordianus xxiij·ab augu:
ſto imperator creatus eſt·manſitq; in eo annis vi· Nam pu:
pienus interfector maximi · et frater eius Balbinus qui vſurpaue:
rant imperium · in palatio mox interfecti ſunt. Gordianus ad:
modum puer in orientem ad bellum parthicum profecturus ſicut

eutropius scribit · iani portas apperuit · quas vtrum post vespasianum et titum aliquis clauserit neminem scripsisse nemini · cum tñ eas ab ipo vespasiano post annum apertas cornelius tacitus pdat

Igitur Gordianus ingentibus prelijs aduersum parthos prospere gestis · suorum fraude haut longe a circesso super eufraten interfectus est.

Ca·xxv·

ANno ab vrbe condita·dcccc·xcvi·philippus xxiiij·ab augusto impator creatus philippũ filiũ suum cõsortem regni fecit mansitq; in eo annis septem. Hic primus imperatorum omniũ cristianus fuit · ac post tercium imperij eius annum. Millesimus a condicione Rome annus impletus est. Ita magnificis laudibus augustissimus omnium preteritorum hic natalis annus a cristiano imperatore celebratus est. Nec dubium est quin philippus huius tante deuotionis gratiam et honorem ad cristum et ecclesiam reportauerit quando vel ascensum fuisse in capitolium · immolataq; ex more hostias · nullus auctor ostendit. Ambo tamen q̃muis diuersis locis tumultu militari et decij fraude interfecti sunt.

Capitulum xxvi·

ANno ab vrbe condita millesimoquarto decius ciuilis belli incentor et repressor occisis philippis xxv · ab augusto inuasit imperium · tenuitq; annis tribus. Idem continuo in quo se etiam ob hoc philippum interfecisse docuit · ad persequendos interficiendosq; cristianos vij · post neronem feralia disperxit edicta · plurimosq; sanctorum ad coronas xp̃i de suis cruciatibus misit · idemq; filiũ suum cesarem elegit · cum quo simul continuo in medio barbaroꝝ sinu interfectus est.

Ca·xxvij·

ANno ab vrbe condita millesimoseptimo gallus hostilianus · xxvi · ab augusto regnum adeptus · duobus annis cum volusiano filio suo obtinuit, Exoritur vltio violati nominis cristiani et vsq; quo ad profligandas ecclesias edicta decij cucurrerunt · eatenus incredibilium morborum pestis extenditur, Nulla fere prouincia Romana · nulla ciuitas · nulla domus fuit · que non illa generali pestilentia correpta atq; vastata sit. Hac sola pernicie insignes gallus et volusianus · dum contra emilianum nouis rebus studẽtẽ bellum ciuile moliuntur occisi sunt, Emilianus tamen tercio mẽse

tirannidis extinctus est. Ca·xxviij·

HAnno ab vrbe condita millesimo x·duo imperatores xxvij·p̄ augustum loco creati sunt. Valerianus in Rethia ab exercitu augustus appellatus·Rome autem a senatu Galienus cesar creatus · mansitq; Galienus in regno infeliciter annis xv · respirant paulisper ab illa supra solitum iugi et graui pestilentia generi hūano·quocat penam suam obliuiosa malicia. Impietas enim flagella quidem excruciata sentit·sed a quo flagellatur obdurata non sentit. Vt de superioribus taceam facta a decio cristianorum persecutione·totum romanum imperium pestilentia magna vexauit· Mentita ē iniquitas sibi prauo in perniciem suam circumuenta iudicio · pestilentiam communes esse casus · accidentemq; ex morbis mortem·nature finem esse non penam. Rursus igitur atq; in breui iram dei sceleratis actionibus prouocat exceptura plagam·cuiuꝰ aliquādiu meminisse cogatur. Valerianus siquidem mox ut arripuit imperium octauus a nerone adigi per tormenta cristianos ad ydolatriam·abnegātesq; interfici iussit. Fuso autem per omnem romani regni latitudinem sanctorum sanguine · valerianus ilico nefarij auctor edicti·a sapore persarum rege captus·imperator populi romani ignominosissima apud persas seruitute consenuit· hoc infamis officij continua donec vixit damnatione sortitus · ut ip̄e achuis humi·regem semper ascensurum in equum·non manu sua·sed dorso attolleret. Et galienus quidem tam claro dei iudicio territus·tanq̄m misero college permot̄ exemplo·pacem ecclesijs trepida satisfactione restituit. Sed non compensat iniurie vlcionisq; mensuram vnius impij q̄muis perpetua et super modum abominanda captiuitas·cōtra tot milia excruciata sanctorum·iustoq; sanguis ad deum clamans·in eadem sese terra vbi fusus est·vindicari rogat. Non enim de solo constituto precepti·iusto suppliciū iudicio flagitabatur·sed etiam executores·delatores·accusatores·spectatores·ac iudices · postremo omnes qui iniustissime crudelitati vel tacita voluntate assentabantur·quia deus secretorum cognitor est·quorum maxima in omnes prouincias pars hominum versabatur eadem vlcionis plaga corripi iustum erat Soluuntur repēte vndiq; permissu dei ad hoc circumposite relictaq; gentes · laxatisq;

habenis in omnes romanorum fines inuehũtur. Germani alpibꝰ rhetia· totaqꝫ ytalia penetrata·Rauennam vsqꝫ perueniunt. Alamanni gallias peruagantes·etiam in ytaliam transeunt.Grecia· macedonia · pontus · aspa·gothorum inundatione deletur, Nam dacia trans danubium in perpetuum auffertur·quadi et sarmate · pannonias depopulantur. Germani vlteriores abrasa pociuntur hispania.Parthi mesopotamiam auferunt·syriamqꝫ contrahunt, Extãt adhuc per diuersas prouincias in magnarum vrbium ruinis parue et pauperes sedes·signa miseriarum et nominum indicia seruantes·ex quibus nos quoqꝫ in hispania tarraconem nostrã ad consolacionem miserie recentis ostendimus,Et ne quid forte romani corporis ab hac dilaceratione cessaret·conspirant intrinsecus tiranni·consurgũt bella ciuilia·funditur vbiqꝫ plurimus sanguis romanorum romanis barbarisqꝫ seuientibus. Sed cito ira dei ĩ misericordiam vertitur·et cepte vlcionis maior forma qm̃ pena·in mensuram plenitudinis reputatur Igitur primus genuꝰ q̃ purpuram imperij sumpserat · apud mirsam occiditur. Postumius in gallia inuasit tirannidem·multo quidem reipublice ꝺmodo. Nam per decem annos ingenti virtute ac moderatione vsus · et dominãtes hostes expulit·et perditas prouincias in pristinam faciem reformauit. Seditione tamen militum interfectus est.Emilianus apꝺ mogontiam cum res nouas moliretur·oppressus est, Post mortem postumij marius ibidem inuasit imperium · sed continuo interfectus est, Deinde victorinus a gallis vltro creatus · et post paululum occisus est, Huic successit tetricus qui tunc aquitanice presidatus administrabat officium · multas seditiones militum pertulit.

At vero in oriente per ordinatum quendam collecta agresti manu ·victi repulsiqꝫ perse defensa syria · recepta mesopotamia est · et vsqꝫ ad tesifontem rusticani syrie cum odenato suo vincendo venerũt

Galienus autem cum rempublicam deseruisset·ac mediolani libidinibus inseruiret·occisus est. Ca·xxix·

ANno ab vrbe condita·millesimo xxv·claudius xxviij·volũtate senatus sumpsit imperium · statimqꝫ gothos per annos xv·illiricum macedoniamqꝫ vastãtes bello adorsus·incredibili strage deleuit Cui a senatu clippeꝰ aureꝰ in curia et in capitolio statua

eque aurea decreta est · sed continuo apud smirnum priusq; biēnio in imperio expleret · morbo correptus interijt. Claudio mortuo quintilius frater eius ab exercitu imperator electus · vir quidē vnice moderationis · et solus fratri preferendus · xvij · die imperij sui interfectus est.

¶ Capitulum xxx ·

Anno ab vrbe condita millesimo xxvij° · aurelianus xxviij · imperium adeptus · quinq; annis ac sex mensibus tenuit · vir industria militari excellentissimus, Expeditione in danubium suscepta · gothos magnis prelijs profligauit · ditionemq; romanā antiquis terminis statuit, Inde in orientem conuersus · zenobiā q̄ occiso odenato marito suo syriam receptam sibi vendicabat° magn̄ prelij terrore q̄m prelio in potestatem redegit. Tetricum in gallia minime sufficientem sustinere seditiones militum suorum · scribentemq; etiam · eripe me his inuicte malis · per hoc proditorem exercitus sui sine labore superauit Sic orientis et aquilonis receptor · magna gloria triumphauit · vrbem, Romam muris firmioribus cīxit Nouissime cum persecutionem aduersum xp̄ianos agi nonus a nerone decerneret · fulmen ante eum magno pauore circumstantium ac non multo post in itinere occisus est, Ca · xxxi ·

Anno ab vrbe condita millesimo xxxij · Tacitus siue Faustus xxx · adeptus imperiū · sexto mense occisus in ponto est Post quem florianus parem regni sortem ferēs tercio demum mense apō tharsum interfectus est. ¶ Ca · xxxij ·

Anno ab vrbe condita millesimo xxxiij · probus xxxi · regnum sortitus obtinuit annis vi · mensibus quatuor gallias iam dudum a barbaris occupatas · post multa et grauia prelia deletis tandem hostibus · ad perfectum liberauit, Bella deinde ciuilia equidem plurimo sanguine duo gessit · vnum in oriente · quo saturninum tirannide subnixum oppressit · et cepit · aliud quo proculū et bonosum apud agripinam magnis p̄lijs superatos interfecit, Ip̄e autem apud firmium in turre ferrata militari tumultus interfect? est. ¶ Capitulum xxxiij ·

Anno ab vrbe condita millesimo · xxxix · Carus narbonensis xxxij · suscepit imperiū · ac biennio tenuit, Qui cū filios suos carinum et numerianū consortes regni effecisset · et bellum parthico

postꝙ duas nobilissimas parthorum vrbes achem et thesifontem cepit·super tigridem in castris fulmine sectus interijt. Numerianꝰ qui cum patre fuerat rediens·fraude apri soceri sui interfectus est.

Capitulum xxxiiij·

Anno ab vrbe condita millesimo·xli· Dioclecianus xxxiij·ab exercitu imperator electꝰ·annis xx·prefuit·statimꝙ ut pr̃atis copiam habuit·apr̃ũ interfectorem numeriaī manu sua interfecit Carnium deinde quem carus cesarem in dalmatia reliquerat·flagiciose viuentem difficilimo bello et maximo labore superauit. Debinc cum in gallia amandꝰ et helianus collecta rusticorum manu qꝫ bagaudas vocabant·perniciosos tumultus excitauissent, Maximianum cognomento herculium cesarem fecit·misitꝙ in gallias. Qui facile agrestium hominum imperitam et confusam manum militari virtute compescuit, Deinde carausius quidam·genere quidem infimus·ꝫ consilio et manu promptus·cum ad obseruãda oceani litora que tunc franci et saxones infestabant positus·plus ī pniciem qm̃ in ꝓuectum reipublice ageret·ereptam predonibus p̃dam nulla ex pte restituenda dñis·ꝫ sibi soli vendicãdo·accedens insuspicionẽ·qr ipꝰ quoꝙ hostes ad incursandos fines artifici negligencia permitteret·qm̃ obrem a maximiano iussus occidi·purpurã sumpsit·ac britannias occupauit. Igitur per omnes Romani imperij fines subitarum turbacõnum fragores concrepuerunt·carausio in britannia rebellante·achilleo in egipto·cum et affricam quinquegentiani infestarent. Narreus etiam rex persarum orĩẽtem bello premeret, Hoc periculo dioclecianus permotus·maximianum herculium ex cesare fecit augustum·constantinum vero·et maximianum galerium cesares elegit. Constantius maximiani herculij ꝑuignam theodoram·accepit vxorem·ex qua sex filios fratres sustulit. Carausius britannia sibi per annos vij·fortissime vendicata ac retenta·tandem fraude allecti sui interfectus est Allectus postea ereptam carausio insulam per triennium tenuit, Quem ascleppeodotus prefectus pretorio oppressit·britanniamꝙ post decẽ annos recepit, Constantius vero cesar in gallia primo prelio ab alemãnis profligato exercitu suo·vix ipe subreptus est. Secũdo autem secuta est satis fecunda victoria Nã paucis horis lx·milia alamãnorꝫ

cesa referuntur. At maximianus augustus quinquegentianos in affrica domuit. Porro autem diocleianus achilleum obsessū per octo menses apud alexādriam cepit, Sed immoderata victoria vsus alexandriam direptioni dedit egiptum totam proscriptionib⁹ cedibusq; fedauit. Preterea galerius maximianus cum duobus iam prelijs aduersus narseum conflixisset tercio inter gallinicum et charras congressus et victus amissis copijs ad diocleianum refugit. Aquo arrogantissime exceptus est ita per aliquot milia passuum purpuratus ante vehiculum eius cucurrisse referatur Verū tamen hac contumelia quasi cote ad virtutem vsus est per quā detrita regij fastus rubigine aciem mentis expediit. Itaq; mox per illiricum et meliam vndiq; copias contraxit raptimq; in hostem reuersus narseū magnis consilijs viribusq; superauit extinctis plaq; copijs ipōq; narseo in fugam acto castra eius inuasit vxores sorores liberosq; cepit immensam vim gaze persice diripuit captiuos q̄mplurimos persarum nobilium abduxit. Reuersus in mesopotamiam a diocleciano plurimo honore susceptus ē. Postea per eosdem duces strenue aduersus carpos basternasq; pugnatum ē, Sarmatas deinde vicerunt quorum copiosissimam captuam multitudinem per romanorum finium diisperisere presidia, Interea diocleciānus in oriēte maximianus herculius ī occidente vastati ecclias affligi interficiq; cristianos decimo post neronem loco preceperunt Que persecutio omnibus fere ante actis diuturnior atq; immanior fuit. Namq; per x annos incendijs ecclesiarum proscriptionib⁹ innocentum cedibus martirū incessabiliter acta est, Sequitur terremotus in siria. Ex qua apud tirum et ſpoonēm passim labentibus tectis multa hominum milia prostrata sunt. Secundo persecutionis anno diocleian⁹ ab inuito exegit Maxiāno ut simul purp̄aq; imperiumq; deponerent ac iunioribus in rempublicam substitutis ip̄i in priuato otio consenescerent. Itaq; sub vna die diocleian⁹ apud nicomediam, Maximianus apud mediolanum potestatem impij cultumq; posuerunt, Galerius & Constantius augusti p̄mi romanorum imperiū in duas partes diuiserunt, Galerius maximianus illiricum aspam et orientem constantius ptaliam affricā et gallias obtinuit Sed constantius vir tranquillissimus gallia

tantū hiſpaniaq; cōtentus·galerio ceteris partib⁹ ceſſit. Galeri⁹ duos ceſares elegit·maximinum quē in oriente conſtituit·et ſeuerū· cui permiſit italiam · ip̄e in illirico conſtitutus. Conſtantius vero auguſtus ſumme manſuetudinis et cuilitatis in britannia mortē obijt Qui conſtantinum filium ex concubina helena creatum·imperatorem galliarum reliquit.) Ca·xxxv·

ANno ab vrbe condita milleſimo lxi·conſtantinus xxxiij·gubernacula imperij a conſtantio patre ſuo ſuſcepit · que vno et xxx·annis feliciſſime tenuit. Occurrit michi ſubito·et tripudijs quibuſdam inſultatur, Ea inquiūt tandem in foueas noſtras diu expectatē veniſti. Hic te decurſurum operiamur·hic delapſum opprimimus · hic confuſum tenemus. Suſtinuimus te hactenus artificioſe quodammodo & callide fortuitas temporum mutacōes criſtianorum vlcionibus coaptantem·et interdum quidem veriſimilium ſpecie permoti · ut potæ homines ignari diuinorum ſecretoꝝ timore palluimus · ſed nunc euacuauit maximianus noſter oñez ſcenam fabule tue · noſtreq; religionis antiquitatem columna inexpugnabilis fulſit per annos x·Euerſe ſunt eccleſie veſtre ut etiam tu fateris·dilacerati cruciatibus·exinaīti mortibus toto orbe xp̄iani tenemus euidens teſtimonium tuū·nullam ſuperiorem perſecutiōez adeo vel grauem vel diuturnam fuiſſe·et tamen ecce inter tranquilliſſima temporum bona·ip̄orum quoq; imperatoꝝ qui iſta fecerunt inuſitata felicitas·nulla domi fames·nulla peſtilencia·nullum foris bellum niſi voluntarium · quo exerceri vires non periclitari queāt Res preterea humano generi huc vſq; incognita·multorum ſimul regum paciens conſortium et magna concordia poteſtaſq; cōmuīs alias nunq̄m nūc niſi in cōmune proſpiciens · deinde etiā qō abſq; vlla actenus mortalium noticia eſt·imperatores illi maximi quippe et perſecutores honore depoſito · et aſſumpta quiete priuati · qō beatiſſimum homines et ſūmum bonum vite bone iudicant·et hoc tunc velut premij loco auctores perſecutionis adepti ſunt · quādo accenſa perſecutio medio ſui tempore toto orbe ſeuiebat. An etiam hanc beatitudinem illis temporib⁹ penaliter accidiſſe aſſeris·et nos hinc terrere moliris. Quibus humiliter reſponderim · me plurima cura pietatis accinctum commonere de veris · non terrere de falſis.

Decem persecutiones a nerone vsq; ad maximianum ecclesia xp̃i passa est · nouemq; ut ego dixi vlciones ut ip̃i non negant calamitates e vestigijs consecute sunt · nec in verbo promo · vtrum debite vlciones · an fortuite permutationes fuisse videantur · que tamẽ meo suoq; testimonio claues fuerunt, In decima hesitatum putant· miseri et ceci · non videntes tanto eam ip̃ius fuisse grauiorem · q̃nto minus est intellecta est, Impius enim flagellatur & non sentit. Et q̃ cum expositum fuerit · inuiti licet ꝓpter ip̃am rerum fidem fatebuntur · quia ex illa maximiane persecutionis maxima punitiõe ista sunt vulnera · quibus etiam nunc isti dolent · et in tantum dolent · ut etiam clament · nosq; ad se dãnandum lacessant · sollicitos fieri qualiter conticescant. In primo libello expositum a nobis ẽ· pompeiũ trogum et cornelium tacitum cõmemorasse · se non plene quidẽ · nostrũ vero moysen etiam ip̃orum testimonio fidelem · fideliť sufficienterq; dixisse egiptios et regem eorum cum ꝓp'm dei seruire intentum et paratum deo suo · impediende deuotionis instinctu · ad lutum paleasq; reuocarent x · acerbissimis plagis fuisse vexatos · deinde violentia malorum edomitos · non solum coegisse festinantem sed etiam ꝓprijs argenteis et aureis vasis acumulasse · post oblitos plage sue · et cupidos prede indebite · inuidos etiam religionis aliene · dum innocentes auide persecuntur mari rubro vltime receptos omnes funditus interisse, Qd̃ ergo nunc refero ac renuncio · et si forte fide non acceptatum · exitu tamen probandũ · quia hec in figura nr̃i facta sunt · vterq; pp'l's vnius dei est · vna pp'li vtriusq; causa · sb̃dita fuit israhelitica sp̃nagoga egiptijs · subdita est xp̃ianoꝝ ecclesia Romanis · plecuti sunt egiptij · plecuti sunt et romani. Decẽ ibi cõtradictiones aduersum moysen · decem hic edicta aduersus xp̃m Diuerse ibi plage egiptiorũ · diuerse hic calamitates romanorũ. Nã ut etiam ip̃as inter se plagas · in quantũ tñ figura forme compari potest conferam, Ibi prima correptio habuit sanguinem vulgo vel manasse de puteis · vel in fluminibus cucurrisse. Hic prima sb̃ nerone exegit plaga · ut vbiq; morientiũ sanguis esset · vel morbis in vrbe corruptus · vel bellis in vrbe profusus Ibi sequens plaga prodidit perstrepentes prosultantesq; in penetralibus ranas · inde ꝓmodum causa habitatoribus atq; exilij fuisse · hic sequens sub

domitiano penam similiter ostendit·satellitum militumq; eius im=
probis effrenatisq; discursibus cruentissimi iussa principis exequen=
tum · ad inopiam pene omnes ciues romanos adactos·exilioq; di=
spersos Ibi tercia vexatio habuit scinifes·musculas sez puissimas
ac seuissimas · que mediis sepe estibus per loca squalida coaduna=
tim vibrando densate·et tinnulo volatu allabi solent· capillisq; ho=
minum ac pecudum setis cum vrente morsu interseri. Hic itidem
iij·sub traiano plaga iudeos excitauit·qui cum antea vbiq; dispsi
ita iam quasi non essent quiescerent · repentino omnes calore per=
moti·in ip̃os inter quos erant toto orbe seuierunt· absq; immanib9
multarum vrbium ruinis·quas crebri terremotus hisdem tempori=
bus subruerunt. Ibi quarta plaga musce canine fuerunt·reue=
ra alumne putredinis vermiumq; matres · hic itidem quarta sub
marco antonino plaga lues plurimis infusa prou incijs. Italiam
quoq; cum vrbe roma vniuersa exercitumq; romanum p longinq̃s
limites et diuersa hiberna dispersum in morem dissolutum putredi
ni simul ac vermibus dedit, Ibi·v·correptio pecorũ ac iumento=
rum repentino interitu expleta est·hic similiter v·vlcione sub seuero
persecutore creberrimis ciuilibus bellis·ꝓpria viscera et adiumenta
reipublice·hoc est plebes prouinciaq; et legiones militum cõminute
sunt. Ibi sexta vexatio intulit vesicas efferuescentes · vlceraq;
manantia·hic eque vi·persecutio que post maximiani persecutiõez
fuit · qui specialiter episcopos et clericos omissa turba populari h̃
est ecclesiarum primates trucidari imperauerat·intumescens crebro
ira atq; inuidia non per vulgi cedem·sed per vulnera morientium
principum ac potentum exalata est. Ibi vij·plaga numeratur·
coacto aere grando profusa · que hominibus iumentisq; satis exicio
fuit·hic similiter vij·sub gallo et volusiano q̃ persecutori decio mox
interfecto successerat plaga extitit · correpto aere pestis infusa que p
omnia romani regni ab oriente in occidentem spacia·cũ omne ꝓpe=
modum genus hominum et pecudũ neci dedit·tum etiam corrupit
lacus infecitq; pabula tabo. Ibi viij·egipti contricionẽ fecere ex=
citate vndiq; locuste·terentes torrentesq; omnia·hic viij·eque subũ=
sionem romani orbis excitate vndiq; intulere gentes · que cedibus
atq; incendijs cunctas prouincias deleuerunt. Ibi viij·turbatio

diuturnas · craſſas · ac pene tractabiles tenebras habuit · hic pl⁹ omnino periculi comminata q̃m fecit itidem nona correptio fuit · cum aureliano perſecutionem decernenti · diris turbinibus terribile ac triſte fulmen ſub ip̃is pedibus ruit · oſtendens · quid cum vlcio talis exigeret tantus poſſit vltor · niſi et clemens eſſet et pacien⁹ quamq̃m intra vi · ab hinc menſes · tres ſuccidui imperatores · hoc eſt aurelianus · tacitus · et florianus diuerſis cauſis interfecti ſunt

Ibi poſtremo decima plaga que et nouiſſima omnium fuit interfectorum filiorum quos primos quisq; genuerunt · hic nichilominus decima id eſt nouiſſima pena eſt · omnium perditio ydolorum que primitus facta in primis amabant. Ibi rex potentiam dei ſenſit · probauit · et timuit · ac per hoc populum dei liberum abire p̃miſit · hic tiranni eccleſiam dei a perſecutione liberam · honoribus ampliauerunt, Ibi nunq̃m poſtea populus dei ad ſeruitutem retractus · hic nunq̃m populus dei ad ydolatriam coactus eſt, Ibi egiptiorum vaſa precioſa hebreis tradita ſunt · hic in eccleſia x̃pianorum precipua paganorum templa ceſſerunt. Sane id ut dixi denunciandum puto · quia ſicut egipcijs poſt has decem plagas dimiſſos hebreos perſequi molientibus irruit per ſupervictum mare eterna perditio · ita et nos quidem libere peregrinantes · ſuperuentura quandoq; perſecutio gentium manet · donec mare rubrum · hoc eſt ignem iudicij ip̃o domino noſtro ihesu criſto duce et iudice tranſeamus. Hi vero in quos egiptiorum forma tranſfunditur p̃miſſa ad tẽp⁹ p̃rate ſeuientes · g̃uiſſimis q̃dẽ p̃miſſu dei x̃pianos cruciatib⁹ p̃ſecunt̃ · verũ idẽ om̃es inimici x̃pi cũ rege ſuo antix̃po acepto ſtagno ignis ętni qđ magna impediẽte caligie dũ nõ videt̃ intur · ꝑpetuã poitiõq; ĩmortalib⁹ arſuri ſupplicijs ſortient̃ Igit̃ mortuo ut dixi cõſtãtio ĩ britãnijs · cõſtãtin⁹ impator creat⁹ · p̃m⁹ impator x̃pian⁹ · excepto philippo · q̃ x̃pian⁹ admodũ pauciſſimis ãnis ad h°tãtũ cõſtitut⁹ michi vid⁹ ẽ · ut milleſim⁹ rõe ãn⁹ x̃po poci⁹ q̃ ydol' dicaret̃ · a cõſtãtio aũt om̃es ſp x̃piaĩ impãtores vſq; ĩ hodiernũ diẽ ẽati ſũt · excepto iuliãno quẽ ĩpia ut aiũt machĩantẽ exiciabil' vita deſeruit · hec ẽ lẽta illa pagãoy pẽa · q; ęra · hĩc ſaĩ inſaniũt · hĩc nõ vulnerati ꝺpũgunt̃ · hĩc riẽtes gemũt · hĩc viuẽtes deficiũt · hinc ſecreto excruciantur quos nemo p̃ſequit̃ · hinc iã pauciſſimi remanſerũt · q

nunq̃m aliquo persequente puniti sunt·veruntamen qualis tunc persecutores illos de quorum impunitate non solum gloriari · sed etiam insultare conantur finis mansit expediam. Constantino in gallijs strenuissime rempublicam procurante · pretoriani milites Rome maxentium filium herculij·qui priuatꝰ in lucania morabatur augustum nuncupauerunt, Maximianus herculius iã ex augusto priuatus · et adhuc publicus persecutor · occasione filij sollicitatus·qui imperium abiecerat·arripuit tirannidem. Galerius augustus seuerum cesarem aduersus Maxentium Romam cum exercitu misit. Seuerus cum vrbem obsideret·militum suorum scelere desertus·et proditus·atq; ex eo fugiens Rauenne interfectus est. Herculius maximianus persecutor · et ex augusto tirannus· confirmatum iam in imperio filium veste ac potestate regia expoliare conatus·conuicijs ac tumultibus militum palam conterritus in galliam profectus est·ut constantino genero eque dolus iunctus auferret imperium, Sed per filiam deprehensus ac proditus·deinde in fugam versus·massilie et oppressus et interfectꝰ est, Porro galerius occiso seuero licinium imperatorem creauit, Cunq; persecucõnem a diocleciano et maximiano passam·ipse atrocionibus edictis accumulauisset·ac postquã per annos decem·omni genere hominũ exhausit prouincias·putrefacto introrsum pectore et vitalibus dissolutis·cum vltra herrorem humane miserie etiam vermes eructuaret·neq; medici vltra iam fetorem ferentes · crebro iussu eius occiderentur·a quodam medico constantiam ex desperatione sumentem increpatus·iram dei esse penã suam·atq; ideo a medicis non posse curari·edictis late missis·cristianos de exilijs reuocauit. Ipse autem cruciatus non sustinens·vim vite sue attulit. Ita respublica tunc sub nouis q̃tuor principibus fuit·constantino et maxentio filijs augustorum·liciuio autem et maximino hominibus nouis. Constantinus pacem ecclesijs post decem annos post q̃m a persecutoribꝰ vexabantur indulsit, Deinde inter constantinum et Maxentiũ bellum ciuile ortum est. Maxencius sepe multis prelijs fugatus· vltime ad pontem miluium victus et interfectus est. Maximinus persecucionis cristianorum incentor executorq; infestissimus · apud tharsum dum ciuile bellum contra licinium disponit·interijt,

Licinius repentina rabie suscitatus · omnes xp̃ianos e palacio suo iussit expelli Mox bellum inter ip̃m licinium et Constantinum efferbuit, Sed constantinus licinium sororis sue virum · in pãnonia primum vicit · deinde apud cibalas oppressit · vniuersaq; grecia potitus · licinium crebris bellis terra mariq; assurgentem et repressum · tandem ad deditionem coegit. Sed herculij maximiani soceri sui motus exemplo · ne iterum depositam purpuram in perniciem reipublice sumeret · priuatum iussit occidi · quãuis omnibus iam ministris nefarie persecutionis extinctis · hunc quoq; in quantum exercere potuit persecutorem · digna punitio flagitaret ,

Constantini filij · crispus · et Constantinus · et Licinius adolescens · licinij augusti filius · Constantini autem ex sorore nepos · cesares sunt creati, His diebus arrius alexandrie vrbis presbiter · a veritate fidei catholice deuians · exiciabile plurimis dogma constituit Qui simul ut primum alexandrie vel notus vel notatus inter confusos vulgo sectatores insectatoresq; factus est · ab alexandro eiusdem tunc vrbis episcopo pulsus ecclesia est, Cunq; homĩes quos in errorem seduxerat · etiam in deditionem excitaret · apud niceam vrbem bithinie conuentus ccc · x · et vij · episcoporum factus est · per quos arrianum dogma exiciabile et miserum esse euidentissime deprehensum · palam proditum · ac reprobatum est, Sed inter hec latent cause · cur vindicem gladium et destinatam in impios punitionem Constantinus imperator etiam in proprios egit affectus, Nam crispum filium suum et licinium sororis filium interfecit, Preterea multas gentes diuersis preliis subegit · vrbem nominis sui Romanorum regum vel solus vel primus instituit · que sola expers dolorum · ad hoc breuissimo tempore condita · xp̃iano imperatore prouecta est · ut sola Rome tot seculis miseriisq; proiecte · forma et potencia merito possit equari Tum deinde primus Constantinus iusto ordine et pio vertit vicem edicto, Siquidem statuit citra vllam hominum cedem pagãnorum templa clausi , Mox gothorum fortissimas et copiosissimas gentes in ipso barbarici soli sinu · hoc est in sarmatarum regione deleuit , Calocerum quendam in cipro aspirantem nouis rebus oppressit, Tricennalibus suis valmacium cesarem legit Cunq; bellum in persas moliret

in villa publica iuxta nicomediam disposita bene rempublicam filijs tradens die obijt, Ca·xxxvi·

Anno ab vrbe condita vnum mille·xcij·Constantinus xxxo· cum constantino et constante fratribus suis adeptus imperium·xxiij·annis tenuit, Fuit inter successores constantini et dalmacius cesar fratris filius·sed continuo militari factione deceptus est, Interea malignus semper aduersum deum verum diaboli infectacio·que ab initio mundi vsq; ad nunc·a sincero fidei religioniq; tramite·effusis errorum nebulis·lubrica hominum corda perturbat·postq̃m cristianis imperatoribus sũmam regie potestatis in meliora·vertentibus ecclesiam cristi zelo ydolatrie persequi destitit·aliud machinamentum quo per eosdem cristianos imperatores ecclesiam vexaret inuenit, Fit igitur arrio noui erroris auctori ceteriq; discipulis ipsius ad familiaritatem constancij imperatoris promptus aditus et facilis via, Suadetur constantio ut quodam in deo gradus credat·et qui per ianuam ab errore ydolatrie fuerat egressus·rursum in sinum eius dum in deo deos querit·tanq̃m per seuo tirum inducitur·peruerso igitur zelo potestas armatur illusa·et sub nomine pietatis vis persecutionis agitatur, De noua nominis electione contenditur·ut arrianorum potius ecclesie q̃m catholicorum sint, Sequitur terremotus horribilis·qui plurimas orientis vrbes solo strauit, Constantinus dum constantẽ fratrem bello insequitur·in tanta petulantia periculis sese offerẽs· a ducibus eius occisus est, Constans aduersus persas et saporem qui mesopotamiam vastauerat·nouem prelijs parum prospere decertauit, Nouissime seditione atq; intemperantia militum nocte aduersari pugnam coactus·patratam pene victoriam insuper victus amisit, Post cum se intollerandis vicijs dedisset·ac pena prouincialium·fauorem militum compararet·magnencij dolis in oppido cui helena nomẽ est in proximo hispanie interfectus est, Magnẽcius enim apud augustadunum arripuit imperium·qd̃ continuo per galliam·affricam ytaliamq; porrexit, In illirico autem vetranionem etate grandeuum imperatorem sibi milites creauerunt virum natura simplicem·cunctisq; iocundum·sed qui ne prima quidem vnq̃m literarum elementa didicisset, Itaq; cũ primas lr̃as

literarumq; sillabas imperator senex interdum inuitus meditaret a Constantio qui tunc in magnentium vltione fratris accensus · bellum parabat · deponere iussus imperium · abijciens cum literis purpuras · contentusq; priuatis ferijs · palacium simul seolamq; dimisit. Nepocianus deinde Rome constantini sororis filius · gladiatorum manu fretus inuasit imperium. Qui deinde cum improbus · ac per hoc inuisus cunctis esset · a magnentianis ducibus oppressus est, Sequitur bellum illud horribile inter constantinum magnentiumq; apud mursam vrbem gestum · in quo multa Romanorum virium profligatio · etiam in posterum nocuit · Magnēcius tamen victus aufugit · ac nō multo post apud lugdunum ꝓpria se manu interfecit. Decencius quoq; frater eiusdem quem cesarem gallis prefecerat · apud senonas laqueo vitam finiuit. Continuo constantius gallum patrui filium cesarem legit. Quem rursꝰ crudeliter ac tirannice agentē · paulo postq̄m crearat occidit. Siluanum quoq; per gallias rebus nouis inhiantem · mature circūueniendum opprimendumq; curauit, Igitur siluano interfecto iulianum patruelem suum galli fratrem cesarem creatum · misit ad gallias Itaq; iulianus cesar euersas oppressasq; ab hostibus gallias strenuissime in integrum restituit, Alamannorum paruis copijs magnam multitudinem fudit · rheno germanos reuinxit. His elatus successibus · fastigium vsurpauit augusti · et mox italiam illiricumq; peruadens · constantium parthicis prelijs occupatum · regni parte priuauit. Constantius iuliani scelere comperto dimissa expedicione parthorum · dum ad ciuile bellum reuertitur · in itinere inter ciliciam cappadociamq; defunctus est Ita ille qui discissa pace et vnitate fidei catholice cristianos aduersus cristianos armans · ciuili ut ita dicam bello ecclesie membra dilacerauerat · totū inquieti tempus imperij · molestissimumq; spacium vite sue bellis ciuilibus etiam propinquos et consanguineos excitatis exercuit · ex egro expendit. Ca · xxxvij ·

Anno ab vrbe condita vnum mille · c · xvi · iulianus iam dudum cesar · post autem xxxvi · ab augusto regnum potitus anno vno et mensibus octo imperij summā solus obtinuit · xp̄ianā religionem arte potius q̄m potestate insectatus · ut negaretur fides

xp̃i et ꝓoloꝝ cultus ſuſciperetur · honoꝛibus magis pꝛouocare
qm̃ toꝛmentis cogere ſtuduit · aperto tamen pꝛecepit edicto·ne quis
cꝛiſtianoꝝ docendoꝝ liberalium ſtudioꝝ pꝛofeſſoꝛ eſſet · ſed
tamen ſicut a maioꝛibus noſtꝛis compertum habemus·omnes obi=
q; pꝛopemodum conꝺiciones pꝛecepti amplexati · officium qm̃ fi=
dem deſeꝛere maluerunt. Iulianus autem bellum aduerſum paꝛ=
thos paꝛans · cum Romanas vires contꝛactas vndiq; ad deſtina=
tam ſecum tꝛaheꝛet peꝛditionem cꝛiſtianoꝝ ſanguinem diis ſuis
douit · palam peꝛſecuturus eccleſias · ſi victoꝛiam potuiſſet adipi=
ſci Nam et amphiteatꝛum hieꝛoſolimis extꝛui iuſſit · in quo ꝛeueꝛ=
ſus a paꝛthis·epiſcopos·monachos·omneſq; eius loci ſanctos · be=
ſtijs etiam aꝛte ſeuioꝛibus obijceꝛet· expectaꝛetq; laniandos. Ita=
q; poſtquã a theſifonte caſtꝛa mouit · dolo cuiuſdam tꝛanſfuge in
deſeꝛtum peꝛductus · cum vi ſitis et aꝛdoꝛe ſolis atq; inſuper labore
haꝛenaꝝ confectus peꝛiꝛet exeꝛcitus · impeꝛatoꝛ tanto ꝛeꝝ pi=
culo anxius · dum peꝛ vaſta deſeꝛti incautus euagatuꝛ · ab obuio
quodam hoſtium equite conto ictus interijt, Sic miſeꝛicoꝛs deꝰ
impia conſilia impij moꝛte diſſoluit. Ca·xxxviij·

HAno ab vꝛbe condita vnum mille · c·xvij · iouinianus xxx
vij ·impatoꝛ in ſũmo ꝛeꝝ diſcꝛimine ab exeꝛcitu cꝛeatus · cũ
et locoꝝ iniquitate captus · et ab hoſtibus cꝛcumſeptus·nullam
euadendi facultatem nancíſceꝛetuꝛ feꝛus cum ſapoꝛe peꝛſaꝝ ꝛe=
ge · et ſi paꝛum ut putant dignum·ſatis tamen neceſſaꝛium pepi=
git,Quippe ut tutum et incolomem Romanum exeꝛcitum non ſo=
lum ab incuꝛſu hoſtium · veꝛum etiam a locoꝝ peꝛiculo liberaꝛ
niſibi oppidum et paꝛtem ſupeꝛioꝛis meſopotamie peꝛſis conceſſit,

Inde dum ad illiꝛicum ꝛediens peꝛ galaciam iteꝛ agit · cum in
cubiculum qꝺam nouum ſe cubitum ꝛecepiſſet· calore pꝛunaꝝ
et nitoꝛe paꝛietum nuper calce illitoꝝ aggꝛauatus et ſuffocatus
viij·demũ menſe qm̃ impaꝛe ceperat·vitã finiuit. Ca·xxxix·

HAno ab vꝛbe condita vnum mille · c ·xviij· Valentinianus
xxxviij·apud niceam conſenſu militum imperatoꝛ cꝛeatus ẽ
manſitq; in eo annis xi·Qui cum cꝛiſtianus integꝛa fide ſacꝛamen=
tum milicie gereꝛet · et ſub iuliano auguſto tꝛibunus ſcutaꝛioꝝ
iuſſus ab impatoꝛe ſacꝛilego aut ꝓmolaꝛe ꝓoꝛis·aut milicia exceꝺẽ

fideliter sciens et grauiora dei esse iudicia · et meliora promissa · spō=
te discessit. Ita parua interiecta mora · iuliano interfecto · ac mox
iouiniano mortuo · qui pro nomine cristi amiserat tribunatum · re=
tribuente cristo in locum persecutores sui accepit imperium. Qui
postea fratrem suum valētem participem fecit imperij, Procobi=
um tirannum pluresqz postea satellites eius occidit. Terremotꝰ
per totum orbem factus · ita turbatum quoqz pelagus excussit · ut
per vicinas terrarum campestrium partes refuso mari plurime in=
sularum vrbes concusse et subrute · perisse referantur. Valens
ab eudoxio episcopo arriani dogmatis assertore et baptizatus et p=
suasus · in seuissimam heresim declinauit. Sed malignam insecta=
tionem diu obtexit · nec voluntati potestatez admiscuit · quoad vi=
uentis fratris autoritate compressus est. Contemplabatur enim de
eo · quantam vim in vlciscenda fide imperator posset exercere · qui
tantam constantiam pro retinenda quondā miles habuisset Ho=
rum anno imperij tercio gratianus valentiniani filius imperator ē
factus Eodem anno apud atrebatas vera lana de nubibus plu=
uie mixta defluxit. Preterea athanaricꝰ rex gothorum cristianos
in gente sua crudelissime persecutus · plurimos ob fidem interfectos
ad coronam martirij sublimauit, Quorum tamen plurimi in Ro=
manum solum non trepidi velut ad hostes · sed certiqz ad fratres
proximi confessione fugerunt. Valentinianus saxones gentem ī
oceani litoribus et paludibus inuijs sitam · virtute atqz agilitate
terribilem periculosam Romanis finibus eruptionem magna mo=
le meditantes · in ipis francorum finibus oppressit, Burgundi=
onum quoqz nouorum hostium nouum nomen · qui plusqm̄ · dccc
lxx · milia ut ferunt armatorum ripe rhen fluminis insederunt sub=
egit, Dos quondam subacta interiore germania · a druso et tibe=
rio adoptiuis filijs cesaris · per castra dispositos in magnam coa=
luisse referunt gentem · atqz ita etiam nomen ex opere presumpsisse
quia crebra per limitem habitacula constituta · burgos vulgo vo=
cant · eorumqz esse prevalidam et perniciosam manum · gallie ho=
riegz testes sunt · in quibus presumpta possessione consistunt · qm̄=
uis prouidentia dei cristiani omnes modo sancti catholica fide · no=
strisqz clericis quibꝰ obedirēt receptis · blande · mansuete · innocētesqz

viuant·non quasi cum subiectis gallis · sed vere cum fratribus cri=
stianis. Anno autem xi·regni sui · valentinianus cum sarma=
te sese per pannonias diffudissent easq; vastarent · bellum in eos
parans·apud brigitionem oppidum subita effusione sanguinis q̄
grece apoplexis vocatur suffocatus et mortuus est. Post quem
gratianus filius eius occidentis imperium tenuit · valente patruo
in orientis partibus constituto · valentinianum etiam fratrem suū
paruum admodum socium creauit imperij. Ca·xl·

Anno ab vrbe condita·vnum mille·c·xxix·valens xxxix·im=
periū q̄tuor annis valentiniano mortuo tenuit·cui soli cum
impie ageret potuisset erubescere ·ilico velut effrenata libertatis au=
dacia legem dedit · ut monachi ·hoc est cristiani qui ad vnum fidei
opus dimissa secularium rerum multimoda actione se redigunt·ad
miliciam cogerentur. Vastas illas tunc egipti solitudines hare=
nasq; diffusas quas propter sitim ac sterilitatem periculosissimamq;
serpentium habundantiam conuersatio humana non nosset · ma=
gna habitantium monachorum multitudo compleuerat. Huc tri=
buni et milites sūt missi qui sanctos ac venerabiles milites dei alio
nomine persecutionis abstraherent·interfecta sunt ibi agmina ml̄=
ta sanctorum. Que autem per diuersas vbiq; prouintias his simi=
libusq; iussis·aduersus ecclesias catholicas et recte fidei populos ge=
sta sint · satis significatum ip̄a reticendi electione sufficiat. Inte=
rea in affrice partibus firmus sese excitatis maurorum gentibus re
gem constituens · affricam mauritaniamq; vastauit. Cesaream vr=
bem nobilissimam mauritanie dolo captam · deinde cedibus incē=
diisq; completam · barbaris in predam dedit Igitur Comes the=
odosius qui post imperio prefuit · pretor a valentiniano missus ·
effusas maurorum gentes multis prelijs fregit · ip̄m firmum affli=
ctum et oppressum coegit ad mortem. Post cum experientissima pro=
uidentia totam cum mauritania affricam meliorem pristinis red=
didisset · instimulante & obrepente inuidia iussus interfici · apud
cartaginem baptizari in remissionem peccatorq; preoptauit·ac post=
q̄m sacramentum x̄pi q̄ quesierat assecutus est · post gloriosam se=
culi vitam · etiam de vite eternitate securus percussori iugulum vl=
tro prebuit. Gratianus interea imperator admodum iuuenis ·

cum ineſtimabilem multitudinem hoſtium romanis infuſam fini=
bus cerneret · fretus criſti potentia · longe impari numero ſeſe in ho=
ſtem dedit, Continuo apud argentariam oppidum galliarum for=
midoloſiſſimum bellum incredibili felicitate confecit. Nam pluſq̄
triginta milia alamannorum minimo Romanorum detrimento ·
in eo prelio interfecta narrãtur. Terciodecimo autem anno im=
perij valentis · hoc eſt paruo tempore poſt ea qm̃ valens per totũ
orientem eccleſiarum lacerationes ſanctorumq̄ cedes egerat · radix
illa miſeriarum noſtrarum copioſiſſimos ſimul frutices germ̃auit
Siquidem gens hunorum diu inacceſſis clauſa montibus repen=
tina rabie parcita · exarſit in gothos · eoſq̄ paſſim conturbatos ab
antiquis ſedibus expulſit · Gothi tranſito danubio fugientes · a va=
lente ſine vlla federis pactione ſuſcepti · ne arma quidem quo tuciꝰ
barbaris crederetur tradidere romanis · deinde propter intolerabilẽ
auaritiam maximi ducis fame et iniurijs adacti · in arma ſurgen=
tes · victo valentis exercitu · per thraciam ſeſe miſcentes · ſimul oĩa
cedibus · incendijſq̄ rapiniſq̄ fuderunt. Valens egreſſus de an=
tiochia · cum vltima infelicis belli ſorte traheretur · ſera peccati ma=
ximi penitentia ſtimulatus epiſcopos ceteroſq̄ ſanctos reuocari de
exilijs imperauit. Itaq̄ xv · imperij ſui anno lacrimabile illud
bellum in tracia cum gothis iam tunc exercitatione virium · rerũq̄
habundantia inſtructiſſimis geſſit · vbi primo ſtatim impetu go=
thorum perturbate Romanorum equitum turme · nuda peditum
deſeruere preſidia. Mox legiones peditum vndiq̄ equitatu hoſtiuꝫ
cincte · ac primum nubibus ſagittarum obrute · deinde cum amen=
tes metu ſparſim per deuia cogerentur. Funditus cese gladijs inſe=
quentium contiſq̄ periere alꝰ perierunt. Imperator ipe cum ſa=
gitta ſaucius · verſuſq̄ in fugam egre in cuiuſdam villule caſam
deportatus lateret · ab inſequentibus hoſtibus deprehenſus · ſubie=
cto igne conſumptus eſt. Et quo magis teſtimonium punitionis
eius · et diuine indignationis terribilis poſteris eſſet exemplo · etiã
communi caruit ſepultura. Conſoletur ſe · ſed in hoc ſolo perni=
cia miſeriaq̄ gentilium · quia temporibus et regibus criſtianis tã=
te ſimul congeſte clades preſſam reipublice onerauere ceruicem · eũ=
ſe prouincie · veletus exercitus · imperator incenſus · magnum reuerã

hoc est ad nostrum dolorem · magisq; miserum · quo magis nouū
Sed quid hoc ad consolationem proficit paganorum · qui palam
peruident · et in his quoq; persecutorem ecclesiarum fuisse punitū
Vnus deus vnam fidem tradidit · vnam ecclesiam toto orbe diffu-
dit · hanc aspicit · hanc diligit · hanc defendit, Quolibet se quisquis
nomine tegat · si huic non sociatur alienus · si hanc impugnat ·
inimicus est, Consolentur se gentiles inquantum volunt iudeorū
hereticorumq; supplicijs · tantum ut vnum deum esse · et eundem
personarum acceptorem non esse · vel ex hac potissimum valentis
extincti probatione fateantur, Gothi antea per legatos supplices
poposcerunt · ut illis episcopi a quibus regulam cristiane fidei di-
scerent mitterentur · valens imperator exiciabili prauitate doctores
arriani dogmatis misit, Gothi prime fidei rudimento qđ acepere ·
tenuerunt, Itaq; iusto iudicio dei · ip̄i eum viuum incenderunt · q̄
propter eum etiam mortui vicio erroris arsuri sunt,

Capitulum xli·

HVno ab vrbe condita vnum mille · c · xxxij · gracianus qua-
dragesimus ab augusto post mortem valentis vi · annis im-
perium tenuit · q̄muis iam dudum antea cum patruo valente et
cum valentiniano fratre regnaret. Qui cum afflictum ac pene col-
lapsum reipublice statum videret · eadem prouisione qua quondā
elegerat nerua hispanum virum traianum · per quem respublica
reparata est · elegit et ip̄e theodosium eque hispanum virum et re-
stituende reipublice necessitate · apud sirmium purpura induit · ori-
entisq; et tracie simul prefecit imperio · in hoc perfectiore iudicio · q̄
cum in omnibus humane vite virtutibus iste par fuerit · in fidei sa-
cramento · religionisq; cultu sine vlla comparatione precessit. Si-
quidem ille persecutor · hic propagator ecclesie. Ita illi ne vnus pro-
prius filius quo successore gauderet indultus est, Huius autem ori-
enti simul atq; occidenti · per successiuas vsq; ad nunc generationes
gloriosa propago dominatur Itaq; theodosius afflictam rempu-
blicam ira dei · reparandam credidit misericordia dei · omnem fidu-
ciam sui ad opem cristi conferens · maximas illas scythicas gentes
formidatasq; cunctis maioribus · alexandro quoq; illi magno sicut
pompeius corneliusq; testati sunt euitatas · nunc autem Romano

extincto exercitu · Romanis equis · armisq; instructissimas · hoc ẽ alanos · hunos· et gothos incunctanter aggressus · magnis mul= tisq; prelijs vicit. Vrbem constantinopolim victor intrauit · et ne paruam ipam Romani exercitus manum assidue bellanos deterre= ret · fedus cum athanarico gothorum rege percussit. Athanaricus autem continuo ut constantinopolim venit · diem obijt · vniuerse autem gothorum gentes rege defuncto · aspicientes virtutem beni= gnitatemq; theodosij Romano sese imperio dediderunt. In hisdẽ etiam diebus perse qui iuliano interfecto · alijsq; imperatoribus se= pe victis · nunc etiam valente in fugam acto · recentissime victorie sacietatem cruda insultatione eructabant · vltro constantinopolim ad theodosium misere legatos · pacemq; supplices poposcerunt · ini= tumq; tunc fedus est quo vniuersus oriens vsq; ad nunc tranquil= lissime fruitur. Interea cum theodosius in oriente subactis barba= rorum gentibus· thracias tandem ab hoste liberas reddidisset· et ar= chadium filium suum consortem fecisset imperij · maxime vir qui= dem strenuus et probus· atq; augmento dignus · nisi contra sacra= menti fidem per tirannidem emersisset · in britannia inuitus prope= modum ab exercitu imperator creatus in galliam transijt Vbi gra= tianum augustum subita incursione perterritum · atq; in italiam transire meditantem · dolis circumuentum interfecit · fratremq; eiꝰ valentinianum augustum italia expulit. Velentinianus in orien= tem refugiens· a theodosio paterna pietate susceptus· mox etiam im= perio restitutus est.

Ca·xlij·

HAnno ab vrbe condita vnum mille c·xxxviij·theodosius·xli· interfecto per maximum Gratiano· imperium Romane vr= bis obtinuit · mansitq; in eo annis xi · cum iam in orientis partib⁹ sex annos gratiano viuente regnasset. Itaq; iustis necessarijsq; causis ad bellum ciuile permotus · cum e duobus augustis fratrib⁹ vltionem vnius interfecti sanguis exigeret · restitutionem miseria alterius exultantis oraret · posuit in deo spem suam · seseq; aduersũ maximum tirannum sola fide maior · nam longe minor vniuersa apparatus bellici cõparatione poripuit, Aquileie tunc maximꝰ victorie sue spectator insederat · andragacius comes eius summam belli administrabat. Qui cum largissimis militum copijs · ipaq;

magnarum copiarum fortitudine·et precellente consilio omnes in=
crebibiliter alpium ac fluminum aditus communisset · ineffabili
iudicio dei dum nauali expeditione incautum hostem preuenire ⁊
obruere parat·sponte eadē que obstruxerat claustra deseruit. Ita=
q; theodosius nemine sciente ut non dicam repugnante vacuas trā=
misit alpes · atq; ad aquileiam improuisus aduenies · hostem il=
lum magnum Maximum trucem · et ab immanissimis quoq; ger=
manorum gentibus tributa ac stipendia solo terrore nominis exi=
gentem · sine dolo et sine controuersia clausit cepit·occidit. Valē=
tinianus receptæ italie potitus imperio est. Andragacius comes
cognita maximi nece precipitem sese naui in vndas dedit·ac suffo=
catus est. Theodosius incruentā victoriam deo procurante susce=
pit. Ecce regibus et temporibus cristianis qualiter bella ciuilia
cum vitari nequeunt transiguntur. Ad victoriam peruentum est ·
irrupta est ciuitas · tirannus correptus · et hoc parum est. Ecce præ
alia victus hostilis exercitus · atq; ipō tiranno truculentior comes
tiranni ad mortem coactus·tante dissolute eluseq; insidie·tanti ap=
paratus exinaniti sunt·et tamen nullus dolos instruxit·nullus aci=
em disposuit· postremo nullus si dici licet gladium de vagina extu=
lit · formidolosissimum bellum sine sanguine vsq; ad victoriam ·et
in victoria duorum morte confectum est. Et ne hoc quisquā casu
factum putet · quo magis potencia dei qua et dispensantur et iudi=
cantur vniuersa· propalato sui testimonio declaratas obstrepentiū
mentes · vel ad confusionem·vel ad fidem cogat · dico rem et igno=
tam omnibus et omnibus notam, Post hoc bellum quo Maximus
interfectus est·multa vtiq; sicut omnes recognoscimus theodosium
filiumq; eius honorium vsq; ad nunc et externa bella et ciuilia con=
secuta sunt · et tamen omnia pene vsq; in hodiernum diem· et qui=
dem cum fructu simplici sanctaq; victorie vel nullo vel minimo sā=
guine quieuerunt. Igitur valentinianus iunior regno restitutꝰ
extincto maximo · eiusq; filio victore · quem imperatorem gallis
maximus reliquerat · ipe in galliam transijt · vbi cum tranquilla
republica in pace ageret · apud vigennam dolo arbogasti comitis
sui ut ferūt strangulatus·atq; ut voluntariam sibi consciuisse mor=
tem putaret·laqueo suspensus ē. Mortuo valentiniano augusto

arbogastes eugenium tirannum mox creare ausus est·legitq; hoīez. cui titulum imperatoris imponeret·ipe acturus imperium·vir barbarus animo·consilio·manu·audacia·potenciaq; nimius·contraxit vndiq; innumeras inuictasq; copias vel Romanorum presidijs · vel auxilijs barbarorum · alibi potestate · alibi cogitatione subnixus . Historia nota etiam oculis plurimorum · qm̄ melius qui spectauere nouerunt · dilatari verbis non opus est, Potētia dei non fiducia hominis victorem semper extitisse theodosium · arbogastes iste precipuum in vtroq; documentum est Qui et tunc cū theodosio paruit · tantis instructum presidijs maximum · ipe minimus cepit·et nunc cū aduersus eundem theodosium collectis gallorum francorumq; viribus exundauit·nixus etiam precipuo cultu ydolorum·magna tamen felicitate succubuit Eugenius atq; arbogastes instructas acies campis expedierant · arta alpium latera atq; ineuitabiles transitus premissis calide insidijs occupauerant · etiam si numero ac viribus impares forent·sola tamen belli dispositione victores, At vero theodosius in summis alpibus constitutus · expers cibi ac somni · sciens qō destitutus suis · nesciens qō clausus alienis·dominum cristum solus solum qui posset omnia · corpore humi fusus · mente celo fixus orabat, Dehinc postq̄m insomnem noctem precum continuatione transegit · et testes propemodum quos in precium presidij celestis appenderat lacrimarum lacunas reliquit·fiducialiter arma corripuit solus·sciens se esse nō solum · signo crucis signum prelio dedit·ac se in bellum etiam si nemo sequeretur victor futurus immisit. Prima salutis via extitit · arbitio hostium partium comes · quī cum ignarum imperatorem circumpositis excepisset insidijs·conuersus ad reuerētiam presentis augusti · non solum periculo liberauit ·verum etiam instruxit auxilio, At vbi ad contigua immiscende pugne spacia peruentum est continuo magnus ille et ineffabilis turbo ventorum in ora hostiū ruit Ferebantur per aerem spicula missa nostrorum·atq; vltra mēsuram humani iactus per magnum inane portata · nusqm̄ propemodum cadere priusq; impingerent sinebant, Porro autem turbo continuus ora pectoraq; hostium nūc illisis grauiter scutis euerberabat · nunc impressis pertinaciter obstructa claudebat · nunc

nullis violenter destituta nudabat. Tela etiam que ipi vehement intorserant · excepta venti impetu · supinata ac retrorsum coacta · ipos infeliciter confingebāt. Prospexit sibi humane conscientie pauor. Nam continuo sese parua suorum manu fusa victori theodosio hostilis prostrauit exercitus. Eugenius captus atq; interfectus est, Arbogastes sua se manu perculit. Ita et hic uorum sanguine bellum ciuile restinctum est · absq; illis x · milibus virorum · quos premissos a theodosio arbogastes delesse funditus fertur · quos vtiq; perdidisse lucrum · et vinci vincere fuit, Non insulto obtrectatoribus nostris · unum aliqō ab initio vrbis condite bellum proferāt tam pia necessitate susceptum · tam diuina felicitate confectum · tā clementi benignitate sopitum · vbi nec pugna grauem cedem · nec victoria cruentam exegerit vlcionem. Et fortasse concedam · ut nō hec fide cristiani ducis concessa videantur · q̄muis ego hoc testimonio non laborem · quando unus ex ipis poeta eximius · sed paganus pernicacissimus · huiusmodi versibus et deo et homini testimonium tulit · quibus ait, O nimium dilecte deo · cui fudit ab astris Eolus armatas hyemas tibi militat ether. Et coniurati veniunt ad classica venti. Ita celitus iudicatum est inter partem etiam sine presidio hominum · de solo deo humiliter sperantem · et partem arrogantissime de viribus suis et de ydolis presumentem Theodosius autem composita tranquillataq; republica apud mediolanū constitutꝰ diē obijt,

Ca·xliij·

HUno ab vrbe condita unum mille·c·xlix·archadius augustus cuius nunc filius theodosius orientem regit · et honoriꝰ augustus frater eius · cui nunc respublica innititur·xlij·loco ꝺmune imperium diuisis tantum tenere ceperunt Vixitq; archadius pꝰ patris excessum annis xij·imperijq; summam theodosio filio paruo admodum moriens tradidit. Interea Gildo comes qui initio regni eorum affrice preerat · simul ut defunctum theodosium comperit · siue ut quidam ferunt q̄rundam permotus inuidia · affricam orientalis imperij sui ptibus iungere molitus est·siue ut alia tradit oppinio · minimam in paruulis spem fore arbitratus · presertim cum absq; his non facile antea quisq̄m pusillus in imperio relictꝰ ad maturitatē virilis etatis euaserit·istiq; propemodū soli imeiant

quos ob regiam patris ac suam fidem · & diuisos et destitutos crist-
tutela prouexerit · affricã excerptam a societate reipublice sibi vsur-
parie ausus est · gentili magis licentia contemptus · qm̃ ambitu
regie affectionis inflatus, Huic mascezel frater fuit·qui nouarum
rerum molitionis in fratre perhorrescens · relictis apud affricanã
miliciam duobus filijs adolescentibus·in italiam reuijt. Gildo
et absentiam fratris ·et presentiam filiorum suspectam habens·ado-
lescentes dolo circumuentos interfecit, Ad hunc iam ut hostem
bello insequendum mascezel frater missus est · quem idoneum pro-
curande reipublice fore · proprie orbitatis recens dolor pollicebatur
Igitur mascezel iam inde a theodosio sciens·quantum in rebus de-
speratissimis oratio per fidem et clementiam dei impetraret · capra-
riam insulam adijt·vnde secum sanctos seruos dei aliquot permo-
tos precibus suis sumpsit, Cum his orationibus · ieiunijs · psal-
mis · dies noctesq; continuans ·sine bello victoriam meruit · ac si-
ne cede vindictam. Arbario fluminis nomen est qõ fluit inter the-
basten et ad meredam ciuitates · vbi cum parua manu hoc est v·
milibus ut aiunt militum contra lxx·milia hostium castra metatẽ
cum interiecta mora excedere loco oppositasq; preiacentis vallis an-
gustias transgredi vellet · incurrente nocte beatum episcopum am-
brosium mediolani paulo ante defunctum · per somnum sibi vide-
re visus est · significantem manu et impacto ad humum ter bacło
dicentem·hic·hic·hic· Qõ ille prudenti coniectura intellexit·merito
annunciantis fidem victorie ·verbo locum · numero diem significa-
ri, Substitit ac tercio demum die · post noctẽ orationibus ymnisq;
peruigilem·ab ipis celestium sacramentorum misterijs · in hostem
circumfusum processit, Et cum iam ad eos qui primi occurrerant
pia pacis verba iactaret·signiferum quendam insolenter obsisten-
tem · etiam iamq; pugnam excitantem gladio percussit in brachio
eumq; manu debilem · ipo vulnere coegit pronum inclinare vexil-
lum, Quo viso relique cohortes deditionem iam fieri priorum exi-
stimantes·certatim sese ad mascezilem signis tradiderunt Conuersi
barbari quorum magnam multitudinẽ gildo ad bellum deduxerat
defectu militum destituti · in aduersa fugerunt, Gildo et ipe fugã
molitus · arrepta naui·ut in altum prouectus · ac deinde reuocatẽ

in affricam est · post aliquot dies · strangulatus interijt. Peri=
clitaremur sub tãtorum miraculorum relatu quasi presumpta mẽ=
tiendi impudentia · nisi adhuc vocem nostram conscientia eorum
qui interfuere precurreret. Nulle aguntur insidie · nulla corrupcõ
lxx· milia hostium vincuntur pene sine pugna · fuit victus ad tẽ=
pus · ne plus audeat victor iratus. Transportatur in diuersum
locum · ut nesciat frater occidere · quo vindicatur occiso. Sane
idem mascezel · elatus rerum secularum insolentia · post habito sã=
ctorum consortio · cum quibus antea deo militans vicerat · etiam
ecclesiam temerare ausus est·atq; ex ea quosdam non dubitauit ex=
trahere. Secuta est pena sacrilegum. Nam isdem superstitibus atq;
insultantibus quos ab ecclesia ad penam protraxerat · post aliquã=
tum tempus solus ipe solus punitus est · probauitq; in se vno ad
vtrumq; semper diuinum vigilare iudicium · quando et cum spe=
rauit adiutus · et cum contempsit occisus est. Interea cum theodo=
sio imperatore seniore singulis potentissimis infantum cura & di=
sciplina vtriusq; palacij commissa esset · hoc est Rufino orientalis
aule · stiliconi occidentalis imperij · quid vterq; egerit · quid ve agẽ
conatus sit · exitus vtriusq; docuit · cum alius sibi · alius filio suo
affectans regale fastigium · ut rebus repente turbatis · necessitas
reipubice · scelus ambitus tegeret · et barbaras gentes ille immi=
sit · hic fouit. Taceo de alarico rege cum gothis suis sepe victo · se=
pe concluso · semperq; dimisso · taceo de infelicibus bellis illis apũ
polentiam gestis · cum barbaro et pagano duci · hoc est sauli · bel=
li summa commissa est·cuius improbitate reuerentissimi dies et sã=
ctum pascha violatum est · cruentiq; hosti propter religionem · ut
pugnaret exortum est · cum quidem ostendente in breui iudicio dei
et quid fauor eius possit·et quid vlcio exigeret · pugnantes vicinis
victores victi sumus · taceo de ipõrum inter se barbarorum crebri=
dilacerationibus · cum seinuicem gothorum cunei duo·deinde alaĩ
atq; huni varijs cedibus populabantur·ragadaisus omnium an=
tiquorum presentumq; hostium longe immanissimus · repentino
impetu totam inuasit italiam. Nam fuisse in populo eius plusq;
cc·milia gothorum ferunt. Hic supra hanc incredibilem multitudiẽ
indomitamq; virtutẽ·paganus et scita erat. Qui ut mos barbaris

est huiusmodi gentis · omnem romani generis sanguiem viis suis propinare deuouerat, Hoc igitur romanis arcibus imminente ·fit omnium paganorum in vrbem concursus · hostem esse· cum vtiqꝫ copia virium · tum maxime presidio deorum potentem· vrbem autem ideo destitutam · et mature perituram · quia deos et sacra perdiderit · magnis querelis vbiqꝫ agitur · et continuo de repetendis sacris celebrandisqꝫ tractatur · feruent tota vrbe blasphemie · vulgo nomen cristi tanq̃m lues aliqua presentium temporum probris ingrauatur, Itaqꝫ ineffabili iudicio dei factum est · vti quomodo impermixto populo pijs gratia · pena impijs debebatur · oportebatqꝫ permitti hostes · qui insuabilem in plurimis et contradicẽtem ciuitatem · seueriorибus solito flagris coarguerent · non tamẽ eos hostes·qui indiscrete cunctos intemperata cede delerent·duo tũc gothorum populi cum duobus potentissimis regibus suis per Romanas prouincias bachabantur · quorum vnus cristianus propicioꝫ romano · et ut res docuit · timore dei mitis incederet · alius paganus · barbarus · et vere scitha·qui non tantum gloriam aut predam · quantum inexsaturabili crudelitate ipam cedem amaret incederet · et hic iam sinu receptus italie romam e proximo tremen tem terrore quassabat, Itaqꝫ si huic vlcionis potestas permitteretur quem romani ob hoc precipue timendum arbitrabantur · ꝯ ia fauorem deorum sacrificiorum obsequijs inuitaret · et immoderatior cedes sine fructu emendationis arsisset · et error nouissimus peior priore creuisset · quandoquidem in pagani et ydolatre manus incidisse · non solum paganis restituis · de instaurando cultu ydoloꝫ esset indubitata persuasio · sed etiam cristianis periculosa confusio cum et hi terrerentur preiudicio · et illi confirmarentur exemplo · Quamobrem iustus dispensator humani generis deus · perire paganum hostem voluit· et cristianum preualere permisit · ut pagani blasphemantesqꝫ romani et illo confunderentur pereito · et hoc punirentur immisso · maxime cum imperatoris honorij admiranda in rege continentia· et sanctissima fides non parum diuine misericordie mereretur Conceduntur quidem aduersus immanissimũ illum hostem Regadaisum aliorũ hostium cum copijs suis inclinati